AUTHOR:

REINHARD, LUISE

TITLE:

OBSERVATIONES CRITICAE IN PLATONEM

PLACE:

BEROLINI

DATE:

[1916]

Master Negative #
91- 80262-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Reinhard, Luise, 1880-
Observationes criticae in Platonem. Dissertatio inauguralis quam scripsit Ludovica Reinhard. Berolini, Scholem [1916]
72 p.


Thesis, Berlin.

1. Plato.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 9/18/91 INITIALS RK
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM


Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

OBSERVATIONES CRITICAE IN PLATONEM

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

LUDOVICA REINHARD
BARMENSIS

DIES PROMOTIONIS: A. D. IV. ID OCTOBR. A. MCMXVI.

Rettulerunt ad ordinem de hac dissertatione

Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff Dr. Prof. publ. ord.
Hermannus Diels Dr. Prof. publ. ord.

TYPIS EXPRESSIT ARTHURUS SCHOLEM, BEROLINI, BEUTHSTR. 6.

OBSERVATIONES CRITICAE IN PLATONEM

SCRIPSIT

LUDOVICA REINHARD

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

Observationes criticae in Platonem quae hoc opusculo continentur, profectae sunt ab eis quae in libro „die Anakoluthe bei Platon“ exposui. Quem librum simul cum hoc philosophorum ordini propositum in Wilamowitzii Quaestionibus Philologis editum iri speramus. Et anacolutha et quae, servato more grammatico, aliae syntaxis formae inveniuntur, nostra demum aetate ita coepta sunt explicari, ut ab animi statu ac motu proficiscatur, e quibus manant, si quis naturam rationemque eorum et cognoscere studet et explanare. Quo factum est, ut neque ad novas sententias proferendas Latina lingua sufficeret, neque novis nominibus inventis difficiles sententias explicare e re videretur esse. Hoc quidem opusculo eos tantum locos tractavi, in quibus observationes meae ad verba Platonis rectius constituenda aliquid conferrent. Cum vero observationes criticae eis rationibus nitantur, quas anacoluthis subesse altero opusculo demonstravi, earum brevem conspectum praemittere neque inutile erit neque non necessarium.

Summum erat demonstrare anacolutha Platonis eis animi condicionibus respondere, quae a consueto cursu cogitandi sententias deflectunt. Quod ibi accidere solet, ubi cogitationes quae ex animo oriuntur, tamquam vivam imaginem efficiunt quae oculis spectatur. Quam cogitandi rationem egregie naturae Platonis demonstratur inhaerere. Atque cum pro argumentis diversis modo maiore modo minore imagines vehementia in animo subnascantur, gravissima quaeque rationem cogitandi optime illustrant. Itaque ut animo ardenti et quasi inflammato perspicuae oriri solent imagines et splendidae, ita sententiarum gravitate et difficultate effici videmus, ut leves etiam cogitationum imagines et quasi umbrae structura verborum exprimantur. Alteris ars Platonis, incuriosa dicendi vel potius laboriosa cogitandi ratio cognoscitur alteris.

Ex magna copia anacoluthorum nonnulla quae ex eisdem condicionibus orta videbantur esse, singulis generibus comprehendi.

Capite primo eam consuetudinem dicendi tractavi, quae, ut

ita dicam, imaginibus efficitur memoria in mentem revocatis. Qua ratione primum imperfecti dixi pro praesenti usum cum aliis populis tum Graecis exstitisse. Velut Phaedr. 230 a 7 [1]) ἀτὰρ ὦ ἑταῖρε μεταξὺ τῶν λόγων, ἆρ' οὐ τόδε ἦν τὸ δένδρον, ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς; Multo deinde graviorem dicendi rationem hoc modo ortam esse demonstravi: eis, quae, sermone inito, memoriae vi in animo subnata, obiter debebant commemorari, cetera cedunt et subiunguntur. Quod grammatice significat, ea, quae enuntiatum principale deberent finire, aut subiungi aut adnecti enuntiato interiecto aut etiam ita involvi interpositis, ut videantur deleri. Velut Phaedr. 272 d 3—7 παντάπασι γάρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν πέρι πραγμάτων, ἢ καὶ ἀνθρώπων γε τοιούτων φύσει ὄντων ἢ τροφῇ, τὸν μέλλοντα ἱκανῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι. Apolog. 28 b 9—d 4 φαῦλοι γὰρ ἂν τῷ γε σῷ λόγῳ εἶεν τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Θέτιδος ὑός, ὃς τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησεν παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι, ὥστε ἐπειδὴ εἶπεν ἡ μήτηρ αὐτῷ προθυμουμένῳ Ἕκτορα ἀποκτεῖναι, θεὸς οὖσα, οὑτωσί πως, ὡς ἐγὼ οἶμαι. „ὦ παῖ εἴ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανῇ — „αὐτίκα γάρ τοι" φησί, „μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος" — ὁ δὲ τοῦτο ἀκούσας τοῦ μὲν θανάτου καὶ τοῦ κινδύνου ὠλιγώρησε, πολὺ δὲ μᾶλλον δείσας τὸ ζῆν κακὸς ὢν καὶ τοῖς φίλοις μὴ τιμωρεῖν, „αὐτίκα", φησί, „τεθναίην, δίκην ἐπιθεὶς τῷ ἀδικοῦντι, ἵνα μὴ ἐνθάδε μένω καταγέλαστος παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν ἄχθος ἀρούρης." Lach. 191 c 7—e 2 τοῦτο τοίνυν ὃ ἄρτι ἔλεγον, ὅτι ἐγὼ αἴτιος μὴ καλῶς σε ἀποκρίνασθαι, ὅτι οὐ καλῶς ἠρόμην, βουλόμενος γάρ σου πυθέσθαι μὴ μόνον τοὺς ἐν τῷ ὁπλιτικῷ ἀνδρείους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ ἱππικῷ καὶ ἐν σύμπαντι τῷ πολεμικῷ εἴδει, καὶ μὴ μόνον τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τοῖς πρὸς τὴν θάλατταν κινδύνοις ἀνδρείους ὄντας, καὶ ὅσοι γε πρὸς νόσους καὶ ὅσοι πρὸς πενίας ἢ καὶ πρός τὰ πολιτικὰ ἀνδρεῖοί εἰσιν ἢ φόβους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπιθυμίας ἢ ἡδονὰς δεινοὶ μάχεσθαι, καὶ μένοντες καὶ ἀναστρέφοντες — εἰσὶ γάρ πού τινες ὦ Λάχης καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνδρεῖοι. i. e. τοῦτο τοίνυν, ὃ ἄρτι ἔλεγον, ὅτι ἐγὼ αἴτιος μὴ καλῶς σε ἀποκρίνασθαι, αἴτιόν ἐστιν·

---

1) In versibus paginarum citandis Burneti editione usa sum.

Interdum memoriam singuli eventus etiam eis inhaerere ostendi locutionibus, quibus obiter res afferri solent; ὥς φασιν, ὡς ἔοικε, ὡς λέγεται, similia. Velut Euthyphr. 4 d 5—9 ταῦτα δὴ οὖν ἀγανακτεῖ ὅ τε πατὴρ καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, ὅτι ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ ἀνδροφόνου τῷ πατρὶ φόνου ἐπεξέρχομαι οὔτε ἀποκτείναντι, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, οὔτ' εἰ ὅτι μάλιστα ἀπέκτεινεν, ἀνδροφόνου γε ὄντος τοῦ ἀποθανόντος, οὐ δεῖν φροντίζειν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, ἀνόσιον γὰρ εἶναι τὸ ὑὸν πατρὶ φόνου ἐπεξιέναι — κακῶς εἰδότες ὦ Σώκρατες τὸ θεῖον ὡς ἔχει τοῦ ὁσίου τε πέρι καὶ τοῦ ἀνοσίου·

Nonnullis locis, ubi philosophorum, magistrorum, sapientium fit commemoratio, memoria eorum quamquam statim subnascitur, paulatim demum ad eum vigorem crescit, ut, ceteris repulsis, sententiam gubernet. Velut Phaed. 96 b 2—8 ἆρ' ἐπειδὰν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν σηπεδόνα τινὰ λάβῃ, ὥς τινες ἔλεγον, τότε δὴ τὰ ζῷα συντρέφεται; καὶ πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν ἢ ὁ ἀὴρ ἢ τὸ πῦρ; ἢ τούτων μὲν οὐδέν, ὁ δὲ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων τοῦ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν καὶ ὀσφραίνεσθαι, ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα, ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν, κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι ἐπιστήμην;

In fine capitis locos adnexui, in quibus eadem ratione atque prioribus sententia, unum verbum interiectis adiungitur. Velut Phaed. 65 e 2—3 καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ τὰ πράγματα. καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι, φρονήσεως·

Capite altero structurae mutationes comparationibus effectae proferuntur. Primum locum eis tribui, quae primi capitis exemplis similia sunt visa. Nam ut ibi, prioribus neglectis, sententiae interpositae cetera subiunguntur, ita hic, initio similiter non respecto, comparationi interiectae cetera adnectuntur, tamquam alteram eius partem efficiant. Velut Cratyl. 433 a 6—b 1 λέγεσθαι δ' οὖν ὦ μακάριε ἐῶμεν, ἵνα μὴ ὀφλωμεν ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγίνῃ νύκτωρ περιιόντες ὀψὲ ὁδοῦ, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὰ πράγματα δόξωμεν αὖ τῇ ἀληθείᾳ οὕτω πως ἐληλυθέναι ὀψιαίτερον τοῦ δέοντος. Quibus alias comparandi rationes adiunxi has: primum est genus, quod, cum saepius in anacoluthis habeatur, non anacoluthi sed ratione asyndeti explicatur. Velut. Crit. 54 d 2—5 ταῦτα ὦ φίλε ἑταῖρε Κρίτων εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν· ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν, καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων

τῶν λόγων βομβεῖ καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν. Alterum, cui difficultas non inest, idcirco attuli, ut, quantum differant vigore, quam sint diversae comparandi rationes, cognoscamus. Velut Cratyl. 394 a 5—b 6 *ποικίλλειν δὲ ἔξεστι ταῖς συλλαβαῖς, ὥστε δόξαι ἂν τῷ ἰδιωτικῶς ἔχοντι ἕτερα εἶναι ἀλλήλων τὰ αὐτὰ ὄντα, ὥσπερ ἡμῖν τὰ τῶν ἰατρῶν φάρμακα χρώμασιν καὶ ὀσμαῖς πεποικιλμένα ἄλλα φαίνεται τὰ αὐτὰ ὄντα, τῷ δέ γε ἰατρῷ, ἅτε τὴν δύναμιν τῶν φαρμάκων σκοπουμένῳ, τὰ αὐτὰ φαίνεται, καὶ οὐκ ἐκπλήττεται ὑπὸ τῶν προσόντων. οὕτω δὲ ἴσως καὶ ὁ ἐπιστάμενος περὶ ὀνομάτων τὴν δύναμιν αὐτῶν σκοπεῖ κτέ·* Haec igitur comparationum causa, quomodo cohaereant inter sese, allata sunt. Accedit aliud. Interdum homines vel res, quos comparatione spectari intellegimus, non soli, ut exspectamus, ante oculos nobis ponuntur, sed imagini cedunt quae qualitatem vel actionem vel quidquid ad comparationem pertinet, eventu quodam illustrat, quo cognoscantur. Velut Protag. 341 a 2—b 1 *σὺ δὲ ἄλλων πολλῶν ἔμπειρος ὢν ταύτης ἄπειρος εἶναι φαίνῃ, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ἔμπειρος διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι Προδίκου τουτουΐ. καὶ νῦν μοι δοκεῖς οὐ μανθάνειν ὅτι καὶ τὸ „χαλεπὸν“ τοῦτο ἴσως οὐχ οὕτως Σιμωνίδης ὑπελάμβανεν ὥσπερ σὺ ὑπολαμβάνεις, ἀλλ' ὥσπερ περὶ τοῦ „δεινοῦ“ Πρόδικός με οὑτοσὶ νουθετεῖ ἑκάστοτε· ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω ὅτι „Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ“, ἐρωτᾷ, εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τἀγαθὰ δεινὰ καλῶν.* Vera interpunctione — colon ponendum est post *ἑκάστοτε* — conexus sententiae cognoscitur. Quo solita negativa etiam comparandi ratio facere apparet. Velut R. p. 410 b 5—8 *αὐτά γε μὴν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς πόνους πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως βλέπων κἀκεῖν' ἐπεγείρων πονήσει μᾶλλον ἢ πρὸς ἰσχύν, οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἀθληταὶ ῥώμης ἕνεκα σιτία καὶ πόνους μεταχειρίζονται.* (sic recte Galenus).

Ultimo capitis loco ea attuli, in quibus singulae partes rei cuiusdam ita distinguuntur, ut per se animo se praesentent itaque seiunctae ab enuntiationis forma nominatim proferantur. Velut Sophist. 266 d 5—7 *νῦν μᾶλλον ἔμαθον, καὶ τίθημι δύο διχῇ ποιητικῆς εἴδη· θεία μὲν καὶ ἀνθρωπίνη κατὰ θάτερον τμῆμα, κατὰ δὲ θάτερον τὸ μὲν αὐτῶν ὄν, τὸ δὲ ὁμοιωμάτων τινῶν γέννημα.*

Capite tertio pauca exempla structurae mutationis explicavi quae paulo differt a prioribus. Ibi sententia in medio posita eam vim exercet in loquentem, ut aliter ac re vera fecit, antea sententiam

iniisse opinatus, non interpositis quidem cetera subiungat, sed, structura paulo mutata, sententiam ad finem perducat. Velut Conv. 197a6 — b3 *τοξικήν γε μὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν Ἀπόλλων ἀνηῦρεν ἐπιθυμίας καὶ Ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος, ὥστε καὶ οὗτος Ἔρωτος ἂν εἴη μαθητής, καὶ Μοῦσαι μουσικῆς* (scil. *ἔλαχον*) *καὶ Ἥφαιστος χαλκείας καὶ Ἀθηνᾶ ἱστουργίας καὶ Ζεὺς κυβερνᾶν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.* Quorum quae in ceteris scriptis inveni, leviora, sed difficiliora apparent esse, quae in legum libris mihi occurrerunt. Quibus earum mutationum adiunxi observationes, quae una cum epanalepsi oriri solent.

Quae capite quarto continentur, seiunctionis nomine signavi: sententia quae ab alia pendet, argumenti vigore ita accrescit, ut, subiunctione soluta, tamquam libera progrediatur. Velut Phaedr. 229 c 1—3 *οὔκ, ἀλλὰ κάτωθεν ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια, ᾗ πρὸς τὸ ἐν Ἄγρας διαβαίνομεν, καὶ πού τίς ἐστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου.* Solvitur autem sententia a subiunctione aut pronominis relativi ut Phaedr. 229c aut verbi dicendi vel cogitandi, velut Crit. 45 c *„ἔτι δὲ ὦ Σώκρατες οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σαυτὸν προδοῦναι ἐξὸν σωθῆναι, καὶ τοιαῦτα σπεύδεις περὶ σαυτὸν γενέσθαι ἅπερ ἂν καὶ οἱ ἐχθροί σου σπεύσαιέν τε καὶ ἔσπευσαν σὲ διαφθεῖραι βουλόμενοι“*, quod imprimis in longa enarratione fieri solet, aut denique particulae correlativae, velut Sophist. 219 d *κτητικῆς δὲ ἆρ' οὐ δύο εἴδη. τὸ μὲν ἑκόντων πρὸς ἑκόντας μεταβλητικὸν ὂν διά τε δωρεῶν καὶ μισθώσεων καὶ ἀγοράσεων, τὸ δὲ λοιπόν, ἢ κατ' ἔργα ἢ κατὰ λόγους χειρούμενον σύμπαν, χειρωτικὸν ἂν εἴη;* Quae ratio seiunctionis in eis, quae hoc capite tractantur, ad unum verbum finitum spectat. Quibus alia dicendi consuetudo tamquam extrema seiunctio adnectitur, eam dico, qua orationem indirectam interdum in directam transire videmus, velut Protag. 320 d *Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι, „νείμαντος δέ μου“, ἔφη, „ἐπίσκεψαι“· καὶ οὕτω πείσας νέμει.* Quo Vahleni etiam observationes pertinent quas fecit opuscc. 1, 476 sqq. cuius rei exemplum afferam Phaedr. 260 e 3—7 *ὥσπερ γὰρ ἀκούειν δοκῶ τινων προσιόντων καὶ διαμαρτυρομένων λόγων, ὅτι ψεύδεται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη ἀλλ' ἄτεχνος τριβή, „τοῦ δὲ λέγειν“, φησὶν ὁ Λάκων, „ἔτυμος τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι οὔτ' ἔστιν οὔτε μή ποτε ὕστερον γένηται“.*

Quae capite quinto protuli, cum proximis quodammodo

cohaerent. Nam ut quarto capite verbum finitum, ita hic participium videtur seiungi. Longo igitur sermonis discursu, sententiae participiis prolatae quae pendent ab antecedentibus, subiunctione neglecta, tamquam liberae procedunt, velut R. p. 488/89 v. i. p. 33. Quemadmodum et accusativus in nominativum, et genetivus, dativus mutatur in accusativum, quo utroque modo in rationem, ut ita dicam, directam oratio transit.

Capite sexto casuum mutationes tractantur. Quibus leves animi motus exprimuntur, qui puncto temporis interdum orti vigore quodam paulum a prioribus differunt. Ita singulas singulorum casuum significationes accuratius circumscribamus necesse est. Cuius rei causa etiam afferuntur exempla accusativi, quae rationis passivae in activam demonstrant transitionem, velut Legg. 717d 7—e 3 *τελευτησάντων δὲ γονέων ταφὴ μὲν ἡ σωφρονεστάτη καλλίστη, μήτε ὑπεραίροντα τῶν εἰθισμένων ὄγκον μήτ' ἐλλείποντα ὧν οἱ προπάτορες εἰς τοὺς ἑαυτῶν γεννητὰς ἐτίθεσαν, τάς τε αὖ κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ὡσαύτως ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι.* E quibus accusativum actionem significare conclusi, qua quis, dum cetera fiant, occupetur. E magno talium mutationum numero pleraeque transitionem dativi in accusativum spectant aut genetivum. Quarum leviores eae apparent esse, quae dativum mutant in accusativum cum infinitivo quem vocamus, velut Apolog. 41a 8—b 7 *ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων — ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη — καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστιν καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστιν δ' οὔ.*, graviores quae in accusativum transeunt nullo apposito infinitivo, velut Legg. 967c 5—d 2 *ταῦτ' ἦν τὰ τότε ἐξειργασμένα πολλὰς ἀθεότητας καὶ δυσχερείας τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι, καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις γε ἐπῆλθον ποιηταῖς, τοὺς φιλοσοφοῦντας κυσὶ ματαίαις ἀπεικάζοντας χρωμέναισιν ὑλακαῖς, ἄλλα τε αὖ ἀνόητ' εἰπεῖν· νῦν δέ, ὅπερ εἴρηται, πᾶν τοὐναντίον ἔχει.*

Graviores quoque eae mutationes sunt, quibus dativus transit in genetivum. Nam genetivus actionem significare videtur, qua quis similiter atque in accusativo, dum cetera fiunt, occupatur,

similiter quidem, sed multo graviore ratione paene quam nomines seiunctivam, velut Legg. 931d 3—d 1 *μὴ δή τις ἀτιμαζομένῳ μὲν διαφερόντως πατρὶ πρὸς παίδων καὶ μητρὶ θεὸν ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα γενομένῳ, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα εὐχαῖς λιπαρῶς εἰς ἀγαθὰ τοῖς παισὶ παρακαλοῦντος θεούς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου καὶ νέμειν ἡμῖν αὐτοὺς ἡγησόμεθα.*

Quibus expositis nonnullas eius accusativi et genetivi addidi observationes, quos vocamus absolutos. Quae per accusativum absolutum proferuntur, ut tamquam extremam efficiunt scaenam, ita genetivus absolutus locum quasi proscenii occupat, unde cetera proficiscuntur. Quod utrumque illustratur Legg. 797b, ubi iuxta positi leguntur accusativus et genetivus absolutus, v. i. pag. 67 *(κινούμενα δὲ [τὰ] αὐτὰ καὶ καινοτομούμενα, μεταβολαῖς τε ἄλλαις ἀεὶ χρώμενα, καὶ μηδέποτε ταὐτὰ φίλα προσαγορευόντων τῶν νέων).*

Capite septimo de temporum mutationibus egi. Primum participium ita distinxi ab infinitivo, ut hunc actionis potius partes agere, illo, ut ita dicam, qualitatem designari contenderem. Velut demonstratur R. p. 383a 2—5 *συγχωρεῖς ἄρα, ἔφην, τοῦτον δεύτερον τύπον εἶναι ἐν ᾧ δεῖ περὶ θεῶν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν, ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας τῷ μεταβάλλειν ἑαυτοὺς μήτε ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ*; A quo nullo nisi gradu vehementiae participii differt transitio in verbum finitum, velut R. p. 452d 3—e 2 *ἀλλ' ἐπειδὴ οἶμαι χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς δὴ γελοῖον ἐξερρύη ὑπὸ τοῦ ἐν τοῖς λόγοις μηνυθέντος ἀρίστου καὶ τοῦτο ἐνεδείξατο, ὅτι μάταιος ὃς γελοῖον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακόν, καὶ ὁ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρῶν πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων ὡς γελοίου ἢ τὴν τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ, καὶ καλοῦ αὖ σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ.* Deinde diversis etiam imperativi rationibus levia in animo discrimina respondere contendi.

Sequuntur observationes quae ad orationem pertinent indirectam. Intellexi igitur per *ὡς* vel *ὅτι*, talia cum verbo finito posita rei naturae priorem locum tribui, per infinitivum id potius indicari, non argumentum agi validum, sed opinionem spectari non ita certam, v. i. p. 43.

In extremo capite de ratione hypothetica egi. In talibus sententiis modi diversi interdum ita respondent inter sese, ut indicativus protaseos legatur post apodoseos aut optativum aut modum irrealem. Quo indicativo altera pars sententiae eum in modum seiungitur, ut res, non ratio maiorem vim exerceat, unde gradus quidam certitudinis exprimitur. Velut Protag. 312b 8—c 2 ὅτι μέλλεις τὴν ψυχὴν τὴν σαυτοῦ παρασχεῖν θεραπεῦσαι ἀνδρί, ὡς φῄς, σοφιστῇ· ὅτι δέ ποτε ὁ σοφιστής ἐστιν, θαυμάζοιμ' ἂν εἰ οἶσθα.

Deinde capite octavo numeri mutationes tractantur. Eis, quae primum in universum dicuntur, certa unius personae vel rei imago subnascitur. Quae cum animum in se convertat, alium numerum poscit atque is est, qui praecedit. Quemadmodum sententia a pronomine indefinito τις profecta in numerum transit pluralem, ubi hominum species aut ex usu aut e vita cotidiana nota ante oculos ponitur. Velut R. p. 411 b 6—c 2 καὶ ἐὰν μέν γε, ἦν δ' ἐγώ, ἐξ ἀρχῆς φύσει ἄθυμον λάβῃ, ταχὺ τοῦτο διεπράξατο· ἐὰν δὲ θυμοειδῆ, ἀσθενῆ ποιήσας τὸν θυμὸν ὀξύρροπον ἀπηργάσατο, ἀπὸ σμικρῶν ταχὺ ἐρεθιζόμενόν τε καὶ κατασβεννύμενον. ἀκράχολοι οὖν καὶ ὀργίλοι ἀντὶ θυμοειδοῦς γεγένηνται, δυσκολίας ἔμπλεῳ.

Eodem modo a secluso iam genere hominum unus segregatur, ubi ad ea pervenit sententia, quae unicuique aut sunt facienda aut patienda, velut R. p. 426 a 6 — b 2 πάνυ γάρ, ἔφη, τῶν οὕτω καμνόντων τὰ τοιαῦτα πάθη. — τί δέ, ἦν δ' ἐγώ· τόδε αὐτῶν οὐ χαρίεν, τὸ πάντων ἔχθιστον ἡγεῖσθαι τὸν ἀληθῆ λέγοντα, ὅτι πρὶν ἂν μεθύων καὶ ἐμπιμπλάμενος καὶ ἀφροδισιάζων καὶ ἀργῶν παύσηται οὔτε φάρμακα οὔτε καύσεις οὔτε τομαὶ οὐδ' αὖ ἐπῳδαὶ αὐτὸν οὐδὲ περίαπτα οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ὀνήσει;

Hac ratione explicantur etiam quae Vahlen exposuit opuscc. 2, 7 sqq., cuius rei exemplum afferatur Gorg. 486 d 2—7 εἰ χρυσῆν ἔχων ἐτύγχανον τὴν ψυχὴν ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἂν οἴει με ἄσμενον εὑρεῖν τούτων τινὰ τῶν λίθων ᾗ βασανίζουσιν τὸν χρυσόν, τὴν ἀρίστην, πρὸς ἥντινα ἔμελλον προσαγαγὼν αὐτήν, εἴ μοι ὁμολογήσειεν ἐκείνη καλῶς τεθεραπεῦσθαι τὴν ψυχήν, εὖ εἴσεσθαι ὅτι ἱκανῶς ἔχω καὶ οὐδέν με δεῖ ἄλλης βασάνου;

Caput nonum iterationibus deditur. Quae aut vehementia quadam sententiae qua animo se praesentat, aut difficultatibus efficiuntur quae cogitationibus obstant. Ita iterum iterumque in

animum redit sententia. Cui cogitandi rationi respondent iterata quae inveniuntur et verba et nomina et ampliores etiam partes sententiae in fine adiunctae. Velut R. p. 601 a 4 — b 2 οὕτω δὴ οἶμαι καὶ τὸν ποιητικὸν φήσομεν χρώματα ἄττα ἑκάστων τῶν τεχνῶν τοῖς ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἐπιχρωματίζειν αὐτὸν οὐκ ἐπαΐοντα ἀλλ' ἢ μιμεῖσθαι, ὥστε ἑτέροις τοιούτοις ἐκ τῶν λόγων θεωροῦσι δοκεῖν, ἐάντε περὶ σκυτοτομίας τις λέγῃ ἐν μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ καὶ ἁρμονίᾳ, πάνυ εὖ δοκεῖν λέγεσθαι, ἐάντε περὶ στρατηγίας ἐάντε περὶ ἄλλου ὁτονοῦν· οὕτω φύσει αὐτὰ ταῦτα μεγάλην τινὰ κήλησιν ἔχειν. Protag. 316 c 5—d 2 ξένον γὰρ ἄνδρα καὶ ἰόντα εἰς πόλεις μεγάλας, καὶ ἐν ταύταις πείθοντα τῶν νέων τοὺς βελτίστους ἀπολείποντας τὰς τῶν ἄλλων συνουσίας, καὶ οἰκείων καὶ ὀθνείων, καὶ πρεσβυτέρων καὶ νεωτέρων, ἑαυτῷ συνεῖναι ὡς βελτίους ἐσομένους διὰ τὴν ἑαυτοῦ συνουσίαν, χρῆ εὐλαβεῖσθαι τὸν ταῦτα πράττοντα. Apolog. 41 b 7 — c 3 ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις ὦ ἄνδρες δικασταὶ δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν ἢ Ὀδυσσέα ἢ Σίσυφον ἢ ἄλλους μυρίους ἄν τις εἴποι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι καὶ συνεῖναι καὶ ἐξετάζειν ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας; cui ultimo exemplo affines esse apparent appositiones explicativae quas vocamus.

Denique in extrema capitis parte duplicis comparationis exempla adiunxi, simili, ut mihi videtur, iterationis studio et explicationis effectae.

Capite decimo de prolepsi egi. Ea pars sententiae, quae, toto conexu nondum comprehenso, animum occupat, primum vigore quodam exprimitur, deinde, sententiarum conexu perspecto, cum structuram continuari incommode videatur, pronomine aut personali aut demonstrativo aliquo modo iteratur. Velut Tim. 28 b ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω — σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Tim. 80 b 8—c 8 καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν ὑδάτων πάντα ῥεύματα, ἔτι δὲ τὰ τῶν κεραυνῶν πτώματα καὶ τὰ θαυμαζόμενα ἠλέκτρων περὶ τῆς ἕλξεως καὶ τῶν Ἡρακλείων λίθων, πάντων τούτων ὁλκὴ μὲν οὐκ ἔστιν οὐδενί ποτε, τὸ δὲ κενὸν εἶναι μηδὲν περιωθεῖν τε αὐτὰ ταῦτα εἰς ἄλληλα, τό τε διακρινόμενα καὶ συγκρινόμενα πρὸς τὴν αὐτῶν διαμειβόμενα ἕδραν ἕκαστα ἰέναι

πάντα, τούτοις τοῖς παθήμασιν πρὸς συμπλεχθεῖσιν τεθαυματουργημένα τῷ κατὰ τρίπον ζητοῦντι φανήσεται.

Nonnullis locis prolepsis participio efficitur nominativi, levior, ut apparet, ubi sequitur locutio impersonalis, sed admodum gravis, ut mihi videtur, ubi altera persona priorem repellit. Velut Legg. 686 d 8 *ἀποβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν στόλον οὗ πέρι διαλεγόμεθα ἔδοξέ μοι πάγκαλός τε εἶναι καὶ θαυμαστὸν κτῆμα παραπεσεῖν τοῖς Ἕλλησιν, ὅπερ εἶπον, εἴ τις ἄρα αὐτῷ τότε καλῶς ἐχρήσατο.* Legg. 694 a 6—b 1 *ἐλευθερίας γὰρ ἄρχοντες μεταδιδόντες αρχομένοις καὶ ἐπὶ τὸ ἴσον ἄγοντες, μᾶλλον φίλοι τε ἦσαν στρατιῶται στρατηγοῖς καὶ προθύμους αὐτοὺς ἐν τοῖς κινδύνοις παρείχοντο.*

Denique lenis, vix quam hoc nomine audeas signare, ea prolepsis ratio apparet esse, quae partim sententiae debetur quae antecedit, partim nova efficitur. Ubi alteram primum, structura servata, priori adiungi, deinde, conexu totius sententiae perspecto, mutata structura ad finem perduci videmus. Velut Phaedr. 233 b 2—5 *δυστυχοῦντας μέν, ἃ μὴ λύπην τοῖς ἄλλοις παρέχει, ἀνιαρὰ ποιεῖ νομίζειν· εὐτυχοῦντας δὲ καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια παρ' ἐκείνων ἐπαίνου ἀναγκάζει τυγχάνειν.*

In fine capitis ea adiunxi quae Vahlen exposuit opuscc. 1, 77 sqq., eadem prolepsis ratione, ut mihi videtur, explicanda. Cuius rei exemplum afferam Phileb. 66 a 4sqq. *πάντῃ δὴ φήσεις ὦ Πρώταρχε ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, ὡς ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον οὐδ' αὖ δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μέν πῃ περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάντα ὁπόσα χρὴ τοιαῦτα νομίζειν, τὴν ἀίδιον ᾑρῆσθαι φύσιν.*

Quae capite undecimo in animo habui exponere, temporis inopia coacta paucis lineamentis adumbravi. Sententia quaedam puncto temporis in animo subnata uno verbo alteri se immiscet. Velut Conv. 180 c 4 — d 1 *εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε, νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν εἷς· μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς ὀρθότερόν ἐστι πρότερον προρρηθῆναι ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν;*

Haec sunt in universum quae in singulis capitibus tractantur. In quibus saepius ea quae tradita sunt, sensui non satisfacere, nemo mirabitur. Animum igitur induxi, ut his dicendi rationibus quas modo exposui, nisa nonnullis locis subvenire conarer. Quas

coniecturas eo ordine proponere liceat, quo cum singulis capitibus quae distinxi anacoluthorum, quamvis sit paulum cohaerent.

Ad primi capitis ratiocinationem spectant Phil. 18 b, Legg. 780 c.

Tertio capiti debetur Legg. 822 b.

Cum quarto capite aliquo modo cohaeret Phaedr. 249d, cui similitudinis cuiusdam causa adiunxi Phil. 46de.

Quinto capite commendatur Res publ. 488a—e.

A sexti capitis ratiocinatione profectum est Legg. 736d.

Ad ea quae septimo capite tractantur, spectant Gorg. 593cd, Charm. 164 c, Legg. 892 de, Gorg. 452b.

Cum octavo capite cohaerent Gorg. 503e, Res publ. 601e.

Ad nonum caput pertinet Men. 79d.

Decimi capitis ratiocinatione nituntur Res publ. 538b, Legg. 751 b.

Undecimi capitis ratione explicatur Phaed. 110 a.

Quibus accedant alia haec: Legg. 797b, Cratyl. 425c, Men. 84b.

I.

Phileb. 18 a 6—d 2 ΣΩ. δράσω ταῦτα διελθὼν σμικρὸν ἔτι περὶ αὐτῶν τούτων. ὥσπερ γὰρ ἓν ὁτιοῦν εἴ τίς ποτε λάβοι, τοῦτον, ὥς φαμεν, οὐκ ἐπ' ἀπείρου φύσιν δεῖ βλέπειν εὐθὺς ἀλλ' ἐπί τινα ἀριθμόν, οὕτω καὶ τὸ ἐναντίον ὅταν τις τὸ ἄπειρον ἀναγκασθῇ πρῶτον λαμβάνειν, μὴ ἐπὶ τὸ ἓν εὐθύς, ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὖ τινα πλῆθος ἑκαστον ἔχοντά τι κατανοεῖν, τελευτᾶν τε ἐκ πάντων εἰς ἕν. πάλιν δὲ ἐν τοῖς γράμμασι τὸ νῦν λεγόμενον λάβωμεν.

ΠΡΩ. πῶς;

ΣΩ. ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος — ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινα τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν οὐχ ἓν ὄντα ἀλλὰ πλείω, καὶ πάλιν ἕτερα φωνῆς μὲν οὔ, φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος, ἀριθμὸν δέ τινα καὶ τούτων εἶναι, τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεστήσατο τὰ νῦν λεγόμενα ἄφωνα ἡμῖν. τὸ μετὰ τοῦτο διῄρει τά τε ἄφθογγα καὶ ἄφωνα μέχρι ἑνὸς ἑκάστου, καὶ τὰ φωνήεντα καὶ τὰ μέσα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἀριθμὸν αὐτῶν λαβὼν ἑνί τε ἑκάστῳ καὶ σύμπασι στοιχεῖον ἐπωνόμασε· καθορῶν δὲ ὡς οὐδεὶς ἡμῶν οὐδ' ἂν ἓν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἄνευ πάντων αὐτῶν μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὖ λογισάμενος ὡς ὄντα ἕνα καὶ πάντα ταῦτα ἕν πως ποιοῦντα μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών.

ὃς (post *λέγων*) *T* : ἅς *B* : τοῦτον γενέσθαι, λέγω ὡς πρῶτος in priore editione Badham, τοῦτον γενέσθαι λέγων [ὃς] πρῶτος vel πρῶτα in altera.

Socrates litterarum comparatione demonstrat non statim ab infinito ad unum, sed ad plura et minora paulatim esse progrediendum. Qui postquam sermonem a verbis incepit ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, Theuth scripturam invenisse in Aegypto fabula meminit tradi. Quae ex animo Socratis, ut erat nota, et viva oritur et iucunda, itaque reliquam

sententiam, initio neglecto, sibi subiungit. Pergit igitur Socrates, tamquam antea dixerit „λόγος ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινα τοῦτον γενέσθαι“, non „ὡς λόγος κτέ“. Cuius structurae exempla afferam haec:

Phaedr. 272 d 3—7 παντάπασι γάρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν πέρι πραγμάτων ἢ καὶ ἀνθρώπων γε τοιούτων φύσει ὄντων ἢ τροφῇ, τὸν μέλλοντα ἱκανῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι.

Euthyphr. 4 d 5—9 ταῦτα δὴ οὖν ἀγανακτεῖ ὅ τε πατὴρ καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, ὅτι ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ ἀνδροφόνου τῷ πατρὶ φόνου ἐπεξέρχομαι, οὔτε ἀποκτείναντι, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, οὔτ' εἰ ὅτι μάλιστα ἀπέκτεινεν, ἀνδροφόνου γε ὄντος τοῦ ἀποθανόντος, οὐ δεῖν φροντίζειν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, ἀνόσιον γὰρ εἶναι τὸ ὑὸν πατρὶ φόνου ἐπεξιέναι — κακῶς εἰδότες ὦ Σώκρατες τὸ θεῖον ὡς ἔχει τοῦ ὁσίου τε πέρι καὶ τοῦ ἀνοσίου.

Gorg. 453 a 8—b 3 ἐγὼ γὰρ εὖ ἴσθ' ὅτι, ὡς ἐμαυτὸν πείθω εἴπερ τις ἄλλος ἄλλῳ διαλέγεται βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐστίν, καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα.

Phileb. 20 d 7—8 τόδε γε μήν, ὡς οἶμαι περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν, ὡς πᾶν τὸ γιγνῶσκον αὐτὸ θηρεύει κτέ.

R. p. 347 a 3—6 ὧν δὴ ἕνεκα, ὡς ἔοικε μισθὸν δεῖν ὑπάρχειν τοῖς μέλλουσιν ἐθελήσειν ἄρχειν, ἢ ἀργύριον ἢ τιμήν, ἢ ζημίαν ἐὰν μὴ ἄρχῃ.

Cratyl. 384 c 3—6 ὅτι δὲ οὔ φησί σοι Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, ὥσπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν· οἴεται γὰρ ἴσως σε χρημάτων ἐφιέμενον κτήσεως ἀποτυγχάνειν ἑκάστοτε.

Legg. 931 b 5—c 2 Οἰδίπους, φαμέν, ἀτιμασθεὶς ἐπηύξατο τοῖς αὑτοῦ τέκνοις ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ τέλεα καὶ ἐπήκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν, Ἀμύντορά τε Φοίνικι τῷ ἑαυτοῦ ἐπαρᾶσθαι παιδὶ θυμωθέντα καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα καὶ ἑτέρους ἄλλοις μυρίους μυρίοις, ὧν γέγονε σαφὲς ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς.

Pronomen relativum ὃς — nam ὡς corruptum *λέγων* antecedenti patet deberi — quod viri docti, uno excepto Badhamo, ad Theuth non dubitant referre, propter sententiarum conexum minime ad Theuthi personam, sed ad indefinitam spectare iudicamus, quae pronomine exprimitur *τοῦτον*. Nam Theuthi quamvis gratum sententiae succurrat exemplum, ad explicationem, quam Socrates profert, nihil facere videtur. Neque enim in sequentibus omnino fabula Aegyptiaca tangitur, neque ea, quae proferuntur, ut de fabula illa

cogitetur, concedunt. Namque trium graduum quibus litterarum naturam ille cognovit, et tertius verbis signatur et alter, hic *πάλιν ἕτερα*, ibi dicit *τρίτον εἶδος*, cum primus omni carere nominatione videatur, satis mirum profecto in modum. *πρῶτον* igitur vel Badhami *πρῶτα* („For *πρῶτος τὰ φωνήεντα*, read *πρῶτα τ. φ.* i. e. first the Vowels, then the Mutes, after that the Liquids") potius quam *πρῶτος* loco convenire apparet. Corruptela et eo facile explicatur, quod plerumque in tali sententia notio incipiendi non ad rem sed ad personam refertur, et eo hucusque servari apparet quod fabula inventoris primum huius generis hominem nominari involvere videbatur. Sic idem Theuth tamquam inventor commemoratur Phaedr. 274 c 7—d 2 *αὐτῷ δὲ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεῦθ. τοῦτον δὴ πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα.* Hic suo iure inventor i. e. *πρῶτος* dicitur Theuth; *πρῶτον* igitur accusativum non adverbium esse interpretamur. Praeterea similis corruptela exstat Lach. 186a 7 *αὐτοὶ πρῶτοι ἀγαθοὶ ὄντες καὶ πολλῶν νέων τεθεραπευκότες ψυχὰς ἔπειτα καὶ ἡμᾶς διδάξαντες φαίνονται.* Hic Stephanus *πρῶτος* in *πρῶτον* correxit. Adverbium *πρῶτον* Ficinus etiam legisse videtur, qui ita vertit: „Postquam infinitam vocem cogitavit, sive deus aliquis, sive homo divinus, qualis apud Aegyptios Theuth fuisse fertur, primo in ipsa vocis infinitate vocales litteras consideravit, quae non una sed plures sunt, rursusque alias .... tertiam deinde speciem litterarum distinxit sqq." Sint igitur verba haec: *ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινα τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτον τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν οὐχ ἓν ὄντα ἀλλὰ πλείω κτέ.*

II.

Legg. 780a 7—c 6 *ΑΘ. τίνος δὴ χάριν ταῦτα εἴρηται; τοῦδε, οτι φήσομεν δεῖν ἡμῖν τοὺς νυμφίους μηδὲν διαφερόντως μηδὲ ἧττον ἐν συσσιτίοις τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι τοῦ πρὸ τῶν γάμων χρόνου γενομένου. καὶ τοῦτο μὲν δὴ θαυμαστὸν ὄν, ὅτε κατ' ἀρχὰς πρῶτον ἐγένετο ἐν τοῖς παρ' ὑμῖν τόποις, πολέμου τινὸς αὐτό, ὥς γ' εἰκός, νομοθετήσαντος ἤ τινος ἑτέρου τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχοντος πράγματος ἐν ὀλιγανθρωπίαις ὑπὸ πολλῆς ἀπορίας ἐχομένοις, γευσαμένοις δὲ καὶ ἀναγκασθεῖσι χρήσασθαι τοῖς συσσιτίοις ἔδοξεν μέγα διαφέρειν εἰς σωτηρίαν τὸ νόμιμον, καὶ κατέστη δὴ τρόπῳ τινὶ τοιούτῳ τὸ ἐπιτήδευμα ὑμῖν τὸ τῶν συσσιτίων.*

ΚΛ. ἔοικε γοῦν.

ΑΘ. ὃ δὴ ἔλεγον, ὅτι θαυμαστὸν ὂν τοῦτό ποτε καὶ φοβερὸν ἐπιτάξαι τισίν, νῦν οὐχ ὁμοίως τῷ προστάττοντι δυσχερὲς ἂν εἴη νομοθετεῖν αὐτό.

ὂν secl. Ast.

Viros optime de re publica meritos olim lege monet Atheniensis constituisse, ut novis maritis cum ceteris viris cenitandum esset. Quod cives, necessitate nondum perspecta, graviter tulisse, sed, virtute probata, non eundem in modum laturos verisimile esse. Verborum ordinem viri docti anacolutho et explicare et servare solent, velut Stallbaum rationem anacoluthi eam esse contendit, quae invenitur Phaedr. 272d, Gorg. 453a, Phileb. 20d. Quos locos proximo loco exscripsi pag. 19. Hic igitur satis erit unum affere Phaedr. 272d *παντάπασι γάρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν πέρι πραγμάτων ἢ καὶ ἀνθρώπων γε τοιούτων φύσει ὄντων ἢ τροφῇ τὸν μέλλοντα ἱκανῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι.* Ratiocinatione quae his locis habetur posita, (v. s. p. 8) memoria eorum effici concluderemus, quae paulo ante Atheniensis narravit, ut initio neglecto, eum in modum sermonem pergeret facere, tamquam antea dixisset *ἔλεγον δή, ὅτι κτέ*, non ut

fecit — ὃ δὴ ἔλεγον, ὅτι κτέ. Tamen ne fieri quidem potest, ut ita interpretemur. Nam ut re vera priore sermone dixit gravem, ut illis temporibus, legem fuisse et periculosam, non aeque duram hoc ipso tempore eam gaudet videri. Quod si de affinitate cum Phaedr. 272d propter verborum collocationem primo obtutu nemo non cogitabit, sententiarum conexu perspecto, fallacem eam intelleget esse et vanam. Non igitur cum tali anacolutho rem habemus. Sed res antea exposita contineatur necesse est verbis ὅτι θαυμαστὸν ὂν τοῦτό ποτε καὶ φοβερὸν ἐπιτάξαι τισίν. Cui non participium ὂν sed satisfacit verbum finitum ἦν. Quod neque difficile subauditur ut verbum substantivum, neque non omissum oppositionis vehementiam, quae est inter prius ποτε et praesens νῦν, augere apparet. Quae cum ita sint, ὂν post θαυμαστὸν iure deletur. Multis locis Platonicis tale ὂν utrum legendum sit an non, adhuc certo discrimine carent viri docti, quo diiudicetur. Praeterea levissima est corruptela, quae facile oriri poterat et dittographia ultimae syllabae verbi θαυμαστὸν et falso repetito priore θαυμαστὸν ὂν, quod ipsum hoc loco spectatur.

Ratiocinatione quae anacoluthorum observationibus debetur, Asti coniecturam probare non inutile duxi. Wilamowitz mihi legere proponit ἦν pro ὄν, quod num melius sit quam ὂν delere nondum me diiudicare posse confiteor.

Alterum anacoluthon, pronomen dico αὐτὸ quo priora repetuntur, ad levem pertinet et notam palindromiae rationem, cf. pagg. 10/11, non igitur est quo haereamus.

Itaque nihil obstat, quominus legam ὃ δὴ ἔλεγον, ὅτι θαυμαστὸν [ὂν] τοῦτό ποτε καὶ φοβερὸν ἐπιτάξαι τισίν (scil. ἦν), νῦν οὐχ ὁμοίως τῷ προστάττοντι δυσχερὲς ἂν εἴη νομοθετεῖν αὐτό.

III.

Legg. 822a 4—c 5 πειρατέον. οὐ γάρ ἐστι τοῦτο ὦ ἄριστοι τὸ δόγμα ὀρθὸν περὶ σελήνης τε καὶ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, ὡς ἄρα πλανᾶταί ποτε, πᾶν δὲ τοὐναντίον ἔχει τούτου — τὴν αὐτὴν γὰρ αὐτῶν ὁδὸν ἕκαστον καὶ οὐ πολλὰς ἀλλὰ μίαν ἀεὶ κύκλῳ διεξέρχεται, φαίνεται δὲ πολλὰς φερόμενον — τὸ δὲ τάχιστον αὐτῶν ὂν βραδύτατον οὐκ ὀρθῶς αὖ δοξάζεται, τὸ δ' ἐναντίον ἐναντίως. ταῦτ' οὖν εἰ πέφυκεν μὲν οὕτως, ἡμεῖς δὲ μὴ ταύτῃ δόξομεν, εἰ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ θεόντων ἵππων οὕτως ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διενοούμεθα πέρι, καὶ προσηγορεύομεν τὸν τάχιστον μὲν ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον ὡς τάχιστον, ἐγκώμιά τε ποιοῦντες ᾔδομεν τὸν ἡττώμενον νενικηκότα, οὔτε ὀρθῶς ἂν οὔτ' οἶμαι προσφιλῶς τοῖς δρομεῦσιν ἡμᾶς ἂν τὰ ἐγκώμια προσάπτειν ἀνθρώποις οὖσιν· νῦν δὲ δὴ περὶ θεοὺς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐξαμαρτανόντων ἡμῶν, ἆρ' οὐκ οἰόμεθα γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθὸν ἐκεῖ γιγνόμενον ἦν ἂν τότε, νῦν ἐνταυθοῖ καὶ ἐν τούτοισι γίγνεσθαι γελοῖον μὲν οὐδαμῶς, οὐ μὴν οὐδὲ θεοφιλές γε, ψευδῆ φήμην ἡμῶν κατὰ θεῶν ὑμνούντων.

οἰόμεθα, ὃ γελοῖον cod. Ricc., Stallbaum;
οἰόμεθα, εἰ γελοῖον Stephanus: ὀρθὸν ὃ ἐκεῖ Hermann, Ast: οἰόμεθ' ἃ Schneider.

Falsum ferre iudicium de luna, sole, ceteris astris omnibus, ut de rebus divinis, turpem intellegit Atheniensis errorem esse et gravem. Quod cum ceteris demonstrare conetur, ludorum Olympicorum ei venit in mentem. Nam si qui ludis Olympicis celerrimum tardissimum, tardissimum iudicarent celerrimum esse summisque eum laudibus efferrent, cursores magnopere indignarentur. Qui error multo gravior multoque absurdior in dis ita iudicatis habetur. Qua cogitatione magnopere turbatur Atheniensis. Ita postquam comparationem explicavit, eis quae initio dixerat neglectis, non pergit ut exspectamus ταῦτ' οὖν εἰ πέφυκεν μὲν οὕτως, ἡμεῖς δὲ μὴ

ταύτῃ δόξομεν .... οὐ γελοῖόν ἐστιν;, sed tamquam novam sententiam ea comparationi adnectit, quae prioris finem efficere debebant: *νῦν δὲ δὴ περὶ θεοὺς κτέ.* Talia saepius apud Platonem occurrit, v. s. pagg. 9/10.

Deinde ratione contrarii ad deorum sententiam cogitatio redit. Itaque denuo lunae, solis, astrorum imagines animo se praesentant. Quo fit, ut ille non pergat dicere velut *νῦν ἐνταυθοῖ καὶ ἐν τούτοισι πολὺ μᾶλλον γίγνεσθαι γελοῖον*, sed tamquam antea dixerit *ἆρ' οἰόμεθα* a contrarii parte sermonem continuet *νῦν ἐνταυθοῖ καὶ ἐν τούτοισι γίγνεσθαι γελοῖον μὲν οὐδαμῶς;* Cui cum in animo fuerit dicere deinde *θεοφιλὲς δέ;* in dicendo eo crescit iudicium et sententia absurditatis, ut stupeat denique, sibique ipse vehementer confirmet *οὐ μὴν οὐδὲ θεοφιλές γε.*

Sententia explicata, dubia relinquuntur *γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθὸν ἐκεῖ γιγνόμενον ἦν ἂν τότε.* Quibus diversas medelas viri docti attulerunt. V. s. Quarum et *εἰ* et *ὃ* sententiam debilitare potius quam augere videntur. Neque enim ratione hypothetica neque pronomine relativo circumvoluta, eodem vigore oratio incedit, quo verba, nullis adiectis pronominibus, opponuntur. Immo cum omnis sententiae vis in contrarii ratione posita sit, abundare potius iudicaverim *ἦν*. Delendum est, per dittographiam e particula *ἂν* ortum.

Legam igitur: *ἆρ' οὐκ οἰόμεθα γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθὸν ἐκεῖ γιγνόμενον [ἦν] ἂν τότε, νῦν ἐνταυθοῖ καὶ ἐν τούτοισι γίγνεσθαι γελοῖον μὲν οὐδαμῶς; οὐ μὴν οὐδὲ θεοφιλές γε, ψευδῆ φήμην ἡμῶν κατὰ θεῶν ὑμνούντων.*

IV.

Phaedr. 249 d 4—e 4 *ἔστι δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας — ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος, τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος, πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος — ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη τε καὶ ἐξ ἀρίστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνοῦντι αὐτῆς γίγνεται, καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται.*
ἣν BT Stobaeus: *ᾗ* apograph. Vindobonense 89, olim Ast: *ἵν'* vulg. *πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος .... ἔχει* BT: *πτερῶταί τε καὶ προθυμούμενος* apographa: *πτερῶται ἀναπτερούμενός τε καὶ προθυμούμενος* Spengel: *πτερῶται ἀναπτερούμενος προθυμούμενος* Schanz: *πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμῆται .... ἔχῃ* apograph. E: *πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι .... διατελῇ, αἰτίαν ἔχει* Vahlen.

Pulchritudine rerum terrestrium memoria caelestium ex oblivione in animum revocatur. Cuius conspectus vigore alae philosophi animae crescunt. Quibus alis instructus vehementer in caelum cupit evolare, sed vires minime sufficiunt. Quamobrem neque superiorum quibus studet, neque terrestrium particeps, quae neglegit, motu turbidu aestuat. — In his verbis viri docti magnopere haerent. Nam alterum verbum finitum post *πτερῶται* a correlativo postulatur *τὲ καί*. Vahlen (opuscc. I 508 sqq.) Platonis consuetudine qua a participio excipitur verbum finitum, et priorum refellit coniecturas et propriam commendare studet. Qui *διατελῇ* non solum grammaticae satisfacere, sed etiam sensui subvenire opinatur: „hoc enim verbo accepto quo nihil frequentius est apud Platonem, non solum integritas orationis restituitur, sed ipsa adeo sententia non leviter adiuvatur: quippe opprobrium insaniae perpetuitate quadam eius habitus, qui describitur, niti par est.“ Tamen neque

a grammatica neque a sententia probatur coniectura. Quae primum naturam non satis respicit correlativi *τὲ καί*. Nam ut iure censuit Vahlen nihil facere *τὲ καί* ad usum participii, quo verbum finitum iteratur, ita artiorem eo quam *καὶ* conexum non vidit eum inter verba finita flagrari, ut intra prioris cogitationis provinciam sententia ad proximum gradum progrediatur. Cui minime satisfacit *διατελῇ*. Immo proximum quod alarum instructionem in animae sequitur condicionibus, studium dico evolandi, verbis *τὲ καὶ* adiungi debebat. Cui ratiocinationi respondet vulgata lectio codd. recc. *προθυμῆται*.

Videamus cetera quomodo cohaereant. Ibi ratione quadam rhetorica singula membra sententiae inter sese opponuntur: *προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν*. Qua ratione perspecta, de participio *προθυμούμενος* aut delendo aut mutando iam nequit cogitari. Quid quod alterum membrum eorum quae particulis *τὲ καί*, *μὲν — δέ*, talibus coniunguntur, saepius seiungi idque ea ratione fieri videtur, ut membrum seiunctum liberum et per se ipsum ingrediatur? Hoccine ad hunc locum facit? Verbis traditis servatis, verbum finitum quod exspectamus enuntiati subiuncti *προθυμῆται*, in participium transiret enuntiati principalis *προθυμούμενος*. Hanc quoque speciem quandam seiunctionis quam diximus (v. p. 11) intellegi posse, neque negari potest, neque eo reiicitur, quod exempla huius usus non inveni. Sed animi condiciones quibus structurae mutatio efficeretur, certius iudicium admittunt. Atque verbis *αἰτίαν ἔχει* sententias ita inter se cohaerere cognoscimus, ut veri animi motus quos exprimit participium *προθυμούμενος*, eis cedant quae cogitatione efficiuntur: *αἰτίαν ἔχει*. Hac ratiocinatione si non refellitur seiunctio, certe minime commendatur. Accedit aliud. Nam ratione rhetorica, qua animi condiciones hoc loco videmus illustrari, singulis sententiae membris inter se oppositis, etiam is dicendi usus efficitur, qua iam diximus participio verbum finitum iterari: *πτερῶται — ἀναπτερούμενος*. Itaque si neque *προθυμούμενος* audemus delere, neque seiunctionem alterius membri quod per *τὲ καὶ* adiungitur, ita probare, ut verbo finito *προθυμῆται* careamus, rationem potius rhetoricam quam diximus huic quoque loco convenire iudicaverim, i. e. conicio participio *προθυμούμενος* verbum finitum *προθυμῆται* ratione rhetorica iterari: *ἣν ὅταν τὸ*

τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος, τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος, πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος ⟨προθυμῆται ἀναπτέσθαι⟩, προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος. Quo fit, ut a participiis oppositis *προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ* iucunde apodosis proficiscatur prioris sententiae *ὅταν τὸ τῇδέ τις* . . . . *προθυμῆται*.

Corruptela facile eo explicatur, quod scriba *προθυμούμενος* propter priores litteras *προθυμῆται* esse putavit.

Relinquitur, ut verba faciam de pronomine relativo *ἥν*. Hoc minime ita ut Vahlen fecit aliique censuerunt, ad *αἰτίαν* iudico referendum esse, immo proleptice positum postea pronomine *αὕτη* censeo latere repetitum. Intellego igitur *ἣν μαίνεταί τις ὅταν ὁρῶν κτέ*. Cuius prolepsis generis hic satis erit afferre exemplum simillimum quod exstat Tim. 59 c 5—d 2 *τἆλλα δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ποικίλον ἔτι διαλογίσασθαι την τῶν εἰκότων μύθων μεταδιώκοντα ἰδέαν· ἣν ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα τοὺς περὶ τῶν ὄντων ἀεὶ καταθέμενος λόγους, τοὺς γενέσεως πέρι διαθεώμενος εἰκότας ἀμεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδιὰν καὶ φρόνιμον ποιοῖτο.*

Quibus probatis locus legitur sic: *ἔστι δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ῞κων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος, τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος, πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος ⟨προθυμῆται ἀναπτέσθαι,⟩ προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος — ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη τε καὶ ἐξ ἀρίστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνοῦντι αὐτῆς γίγνεται — καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται.*

V.

Phileb. 46 d 7—e 6 *λέγε δὴ τὰς μέν, ὅταν πλείους λῦπαι τῶν ἡδονῶν γίγνωνται, τὰς τῆς ψώρας λεγομένας νυνδὴ ταύτας εἶναι καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κνήσει μὴ ἐφικνῆταί τις, τὸ δ'ἐπιπολῆς μόνον διαχέῃ, τοτὲ φέροντες εἰς πῦρ αὐτὰ καὶ εἰς τουναντίον ἀπορίαις μεταβάλλοτες ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς, τοτὲ δὲ τοὐναντίον τοῖς ἐντὸς πρὸς τὰς τῶν ἔξω, λύπας ἡδοναῖς συγκερασθείσας, εἰς ὁπότερ' ἂν ῥέψῃ, παρέσχοντο τῷ τὰ συγκεκριμένα βίᾳ διαχεῖν ἢ τὰ διακεκριμένα συγχεῖν καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς παρατιθέναι.*

προστάττων B : *πρὸς τὰς τῶν* T : *πρὸς τὰ τῶν* Wohlrab: *πρὸς τὰς τῶν ἔξω λύπας ἡδονὰς συγκερασθείσας* Stallbaum : item sed secluso *ἡδονὰς* post *ἀμηχάνους* et antea *ἀπορίας* scripsit Badham : *τοτὲ* ante *φέροντες* seclusit Bury : *πυρίαις* pro *ἀπορίαις* scripsit et *καὶ* ante *ὁμοῦ* seclusit Burnet.

Sermo est de eis hominum condicionibus quibus doloris plus inest quam voluptatis. Exemplis eorum hominum Socrates utitur, qui scabie laborant vel titillationibus. Qui cum ad ea pervenire nequeant, quae intus sub cute dolores efficiunt, neque fricando neque scabendo dolorem tollunt. Sunt autem et scabies et prurigo morbi, quibus saepius homines affici solent. Itaque primum in universum a singulis profectus, Socrates deinde consuetudine vitae adductus, de complurium imagine quae ex animo oritur, verba facere pergit. Quae singularis in numerum pluralem mutatio semper ibi fieri solet, ubi hominum species aut usu aut vita cotidiana nota ante oculos ponitur. Actiones quibus morbosi dolorem levare student, varium in modum viri docti interpretantur. Initium capiamus a verbis *εἰς ὁπότερ' ἂν ῥέψῃ παρέσχοντο*. Quibus sive huc sive illuc studia inclinant, aliquid morbosis contigisse concluditur. Agitur autem de mixtionibus quibus Socrates doloris plus quam voluptatis inesse demonstrat. Morbosos igitur qui scabie

laborant, quamvis fricando dolorem lenire studeant, quanta voluptate se afficiant, semper dolore magis dolere quam voluptatibus delectari concludimus. Qui parvam voluptatem quam dolores superant, sibi comparaverunt. Quo facere videntur et quae praecedunt *λύπας ἡδοναῖς συγκερασθείσας*, et quae his in fine respondent *καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς παρατιθέναι*. Morbosi igitur voluptatem quidem consequuntur, sed adeo mixtam semper doloribus, ut dolores, quibus intus sub cute mordentur, neque aequare possint neque superare. Quid ergo faciunt scabiosi? Valde dissentiunt viri docti de significatione verborum *φέροντες εἰς πῦρ αὐτὰ καὶ εἰς τοὐναντίον ἀπορίαις μεταβάλλοντες*. Quibus alteri ignem significari censent et aquam, alteri fricando intellegunt et scabendo morbosas partes corporis inflammari. His autem verba quae in fine leguntur *τῷ τὰ συγκεκριμένα βίᾳ διαχεῖν ἢ τὰ διακεκριμένα συγχεῖν* aliquo modo lucem afferre puto. Nam quid significetur verbis *συγκεκριμένα* et *διακεκριμένα* — *διαχεῖν* et *συγχεῖν*, e nonnullis locis Timaei evadit. Velut 46 d 1—3 *δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ συναίτια ἀλλὰ αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα*. Ubi *διαχέοντα* priori respondet *θερμαίνοτα*. 49 b 7—c 7 *πρῶτον μέν, ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον ὡς δοκοῦμεν λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν, τηκόμενον δὲ καὶ διακρινόμενον αὖ ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, συγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ, ἀνάπαλιν δὲ συγκριθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος πῦρ, καὶ πάλιν ἀέρα συνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον συμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις, κύκλον τε οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν γένεσιν.* Ubi *διακρινόμενον* ad calorem, *συγκριθὲν* ad frigus pertinet. Causa etiam cur ita fiat, expressis verbis explicatur Tim. 61 e 2—b 6 *τὴν δὲ λεπτότητα τῶν πλευρῶν καὶ γωνιῶν ὀξύτητα τῶν τε μορίων σμικρότητα καὶ τῆς φορᾶς τὸ τάχος, οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὂν καὶ τομὸν ὀξέως τὸ προστυχὸν ἀεὶ τέμνει, λογιστέον ἀναμιμνησκομένοις τὴν τοῦ σχήματος αὐτοῦ γένεσιν, ὅτι μάλιστα ἐκείνη καὶ οὐκ ἄλλη φύσις διακρίνουσα ἡμῶν κατὰ σμικρά τε τὰ σώματα κερματίζουσα τοῦτο ὃ νῦν θερμὸν λέγομεν εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοὔνομα παρέσχεν. τὸ δ'ἐναντίον τούτων κατάδηλον μέν, ὅμως δὲ μηδὲν ἐπιδεὲς ἔστω λόγου· τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομερέστερα εἰσιόντα, τὰ

σμικρότερα ἐξωθοῦντα, εἰς τὰς ἐκείνων οὐ δυνάμενα ἕδρας ἐνδῦναι, συνωθοῦντα ἡμῶν τὸ νοτερόν, ἐξ ἀνωμάλου κεκινημένου τε ἀκίνητον δι'ὁμαλότητα καὶ τὴν σύνωσιν ἀπεργαζόμενα πήγνυσιν, τὸ δὲ παρὰ φύσιν συναγόμενον μάχεται κατὰ φύσιν αὐτὸ ἑαυτὸ εἰς τοὐναντίον ἀπωθοῦν· τῇ δὴ μάχῃ καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη, ψυχρόν τε τὸ πάθος ἅπαν τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ ἔσχεν ὄνομα. Denique quomodo caloris frigorisque rationes ad dolores pertineant et voluptates, aperta ratione docet Tim. 64 a2—6 μέγιστον δὲ καὶ λοιπὸν τῶν κοινῶν περὶ ὅλον τὸ σῶμα παθημάτων τὸ τῶν ἡδέων καὶ τῶν ἀλγεινῶν αἴτιον ἐν οἷς διεληλύθαμεν, καὶ ὅσα διὰ τῶν τοῦ σώματος μορίων αἰσθήσεις κεκτημένα καὶ λύπας ἐν αὑτοῖς ἡδονάς θ'ἅμα ἑπομένας ἔχει, et paulo infra c 7—e 4 τὸ δὴ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ὧδε δεῖ διανοεῖσθαι· τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον ἁθρόον παρ' ἡμῖν πάθος ἀλγεινόν, τὸ δ'εἰς φύσιν ἀπιὸν πάλιν ἁθρόον ἡδύ, τὸ δὲ ἠρέμα καὶ κατὰ σμικρὸν ἀναίσθητον, τὸ δ'ἐναντίον τούτοις ἐναντίως· τὸ δὲ μετ'εὐπετείας γιγνόμενον ἅπαν αἰσθητὸν μὲν ὅτι μάλιστα, λύπης δὲ καὶ ἡδονῆς οὐ μετέχον, οἷον τὰ περὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν παθήματα, ἣ δὴ σῶμα ἐν τοῖς πρόσθεν ἐρρήθη καθ' ἡμέραν συμφυὲς ἡμῶν γίγνεσθαι. ταύτῃ γὰρ τομαὶ μὲν καὶ καύσεις καὶ ὅσα ἄλλα πάσχει λύπας οὐκ ἐμποιοῦσιν, οὐδὲ ἡδονὰς πάλιν ἐπὶ ταὐτὸν ἀπιούσης εἶδος, μέγισται δὲ αἰσθήσεις καὶ σαφέσταται καθ' ὅτι τ'ἂν πάθῃ καὶ ὅσων ἂν αὐτή πῃ προσβαλοῦσα ἐφάπτηται· βία γὰρ τὸ πάμπαν οὐκ ἔνι τῇ διακρίσει τε αὐτῆς καὶ συγκρίσει. Ex hoc loco elucet verba posteriora Phileb. 46 e 5/6 τῷ τὰ συγκεκριμένα βίᾳ διαχεῖν ἢ τὰ διακεκριμένα συγχεῖν καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς παρατιθέναι ita cohaerere inter sese, ut primum duae rationes nominentur, deinde explicandi ratione ad dolores et voluptates referantur. καὶ explicativum igitur intellego. Morbosi autem, num igne et nive, aquis calidis et frigidis, fricando et scabendo, quacumque denique ratione dolorem lenire studeant, neque certo diiudicatur, neque multum refert ad propositum nostrum. Tamen verisimile est simpliciter ea explicari, quae antea dicuntur τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κνήσει μὴ ἐφικνῆταί τις, τὸ δ'ἐπιπολῆς μόνον διαχέῃ. Fricandi igitur rationem et effectum his verbis illustrari putaverim. Praetera vehementer dissentiunt viri docti de verbo ἀπορίαις. Quod in ἀπορίας mutavit Badham, ut sit τοὐναντίον ἀπορίας; quod satis supervacaneum mihi dici videretur. Burnet

πυρίαις coniecit, quod primo obtutu vera emendatio videtur esse, sed eandem rationem caloris πυρίαις spectari quam antea significat φέροντες εἰς πῦρ, non video quomodo negari possit. Itaque Diels glossam ducit πυρίαις verbis adscriptam quae praecedunt φέροντες εἰς πῦρ αὐτά. Quod intellegi posse non nego, sed cum verbo quod traditur ἀπορίαις significationem inopiae scil. consilii inesse appareat qua saepius parvo temporis intervallo afficiuntur morbosi, neque non commutandi ratio hac consilii inopia efficiatur, traditum ἀπορίαις servandum esse censeo. Deinde εἰς τοὐναντίον cum μεταβάλλοντες coniunctum, velut legitur Gorg. 480 e 5 τοὐναντίον δέ γε αὖ μεταβαλόντα, εἰ ἄρα δεῖ τινα κακῶς ποιεῖν κτἑ. i. e. in contrarium mutandi ratio loci condicionibus optime respondet. Verba ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς, τοτὲ δὲ τοὐναντίον, ceteris expositis, ad ea referre non iam dubitamus, quae fricando et terendo effecta sunt. In sequentibus autem verba tradita τοῖς ἐντὸς πρὸς τὰς τῶν (προστάττων) ἔξω nullo modo intelleguntur. Videamus quid sit. Perspicuum est et opponi inter sese interiora et exteriora, et desiderari dolorum commemorationem qui immensis voluptatibus respondeant, et, quod concinnitati etiam satisfacit, flagrari participium, ad quod referamus ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς, τοτὲ δὲ τοὐναντίον (scil. λύπας,), nam verbi finiti παρέσχοντο obiectum esse iam diximus λύπας ἡδοναῖς συγκερασθείσας. Ita nostrum est, huius participii naturam, quantum fieri possit, definire. Denique tota sententia hoc concludimus proferri, morbosos quidquid faciant, interdum voluptatibus immensis, interdum affectos doloribus, quod utrumque ab exterioribus ad condiciones accedat interiores, cum non meram voluptatem sed mixtam sibi effecerint doloribus, quamvis interiores leniant et levent dolores, numquam non dolere videri. A qua ratiocinatione profecta legere próponam: ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς, τοτέ δὲ τοὐναντίον τοῖς ἐντὸς προσάπτοντες τὰς τῶν ἔξω ⟨λύπας,⟩ λύπας ἡδοναῖς συγκερασθείσας, κτἑ.

Verbum προσάπτειν, ut multis locis exstat apud Platonem, ita dicitur etiam de dolore Politic. 293 b τοὺς ἰατροὺς δὲ οὐχ ἥκιστα νενομίκαμεν, ἐάντε ἑκόντας ἐάντε ἄκοντας ἡμᾶς ἰῶνται, τέμνοντες ἢ κάοντες ἤ τινα ἄλλην ἀλγηδόνα προσάπτοντες κτέ. Denique τοῖς ἐντὸς προσάπτοντες intellego ἀπὸ κοινοῦ, ut respondeant inter sese et ἀημχάνους ἡδονάς — τὰς τῶν ἔξω λύπας, et τοῖς ἐντὸς — τῶν ἔξω. Qui dolores idcirco accuratius designantur quam volup-

tates, quod a ceteris doloribus qui intus fervent et mordent, ubi nihil est voluptatis, distinguuntur.

Legam igitur haec: *λέγε δὴ τὰς μέν, ὅταν πλείους λῦπαι τῶν ἡδονῶν γίγνωνται, τὰς τῆς ψώρας λεγομένας νυνδὴ ταύτας εἶναι καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κνήσει μὴ ἐφικνῆταί τις, τὸ δ'ἐπιπολῆς μόνον διαχέῃ, τοτὲ φέροντες εἰς πῦρ αὐτὰ καὶ εἰς τοὐναντίον ἀπορίαις μεταβάλλοντες, ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς, τοτὲ δὲ τοὐναντίον τοῖς ἐντὸς προσάπτοντες τὰς τῶν ἔξω ⟨λύπας,⟩ λύπας ἡδοναῖς συγκερασθείσας, εἰς ὁπότερ'ἂν ῥέψῃ, παρέσχοντο, τῷ τὰ συγκεκριμένα βίᾳ διαχεῖν ἢ τὰ διακεκριμένα συγχεῖν καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς παρατιθέναι.*

VI.

Res publ. 488 a 7—489 a 2 *νόησον γὰρ τοιουτονὶ γενόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς· ναύκληρον μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηὶ πάντας, ὑπόκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡσαύτως βραχύ τι καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα, τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ μηδὲ χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανεν, πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν λέγοντα ὡς διδακτὸν ἑτοίμους κατατέμνειν, αὐτοὺς δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ περικεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφίσι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ, ἐνίοτε δ'ἂν μὴ πείθωσιν ἀλλὰ ἄλλοι μᾶλλον, τοὺς μὲν ἄλλους ἢ ἀποκτεινύντας ἢ ἐκβάλλοντας ἐκ τῆς νεώς, τὸν δὲ γενναῖον ναύκληρον μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ ἤ τινι ἄλλῳ συμποδίσαντας τῆς νεὼς ἄρχειν χρωμένους τοῖς ἐνοῦσι, καὶ πίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους πλεῖν ὡς τὸ εἰκὸς τοὺς τοιούτους, πρὸς δὲ τούτοις ἐπαινοῦντας ναυτικὸν μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικὸν καὶ ἐπιστάμενον τὰ κατὰ ναῦν, ὃς ἂν συλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντας ὡς ἄχρηστον, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ'ἐπαΐοντες, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν καὶ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων καὶ πνευμάτων καὶ πάντων τῶν τῇ τέχνῃ προσηκόντων, εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι, ὅπως δὲ κυβερνήσει ἐάντε τινες βούλωνται ἐάντε μή, μήτε τέχνην τούτου μήτε μελέτην οἰόμενοι δυνατὸν εἶναι λαβεῖν ἅμα καὶ τὴν κυβερνητικήν. τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγῇ ἂν τῷ ὄντι μετεωροσκόπον τε καὶ ἀδολέσχην καὶ ἄχρηστόν σφισι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς οὕτω κατεσκευασμέναις ναυσὶ πλωτήρων;*

ἐπαΐοντες AFDM : *ἐπαΐοντας* f scr. recc. Stallbaum
οἰόμενοι AFDM : *οἰομένους* scr. recc. Stallbaum : *οἰομένῳ* Sidgwick. Graviter interpunxit ante *πρὸς δὲ τούτοις* et deinde *ἐπαινοῦντες, καλοῦντες, ψέγοντες* legit Wilamowitz in scholis.

Socrates philosophos quamvis inutiles habeantur, solos esse, qui salutem reipublicae servare possint, navis comparatione explicare studet. Fingit igitur navis dominum esse corporis magnitudine et viribus ceteros omnes superantem, neque auribus quicquam neque multum oculis percipientem, rerum denique nauticarum admodum imperitum et ignarum. Quo perspecto nautae, repentino tumultu moto, magna contentione certant, quis eorum potissimum gubernet. Qui gubernandi potestatem sibi comparaverit, gubernatorem etiam esse optimum confidunt, verum autem gubernatorem spernunt et contemnunt, neque ullo modo eius scientiam et artem sibi servare curant.

Haec longa et accurata narratione describuntur. In quibus magnopere viri docti offendunt, quod participia accusativi inde ab *ἐπαΐοντες* in nominativum mutantur. Quamobrem Stallbaum et *ἐπαΐοντας* scripsit et *οἰομένους*, cum Schneider et Adam mutare noluerint. Wilamowitz cui minime tolerari videbantur quae tradita sunt, gravi interpunctione ante *πρὸς δὲ τούτοις* posita, in nominativum iussit mutari participia *ἐπαινοῦντας*, *καλοῦντας*, *ψέγοντας*, ut, nova structura inita, inde a *πρὸς δὲ τούτοις* protasin intellegamus ingredi eorum quae sequuntur *τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγῇ ἂν κτἑ.* Tamen vereor, ut verum viderit. Nam simili ratione atque antea e6 *πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας* hic artissimo vinculo *πρὸς δὲ τούτοις* et ad priora Socrates respicit et nova adiungit, vix ut eodem tempore structura mutetur. Deinde ex eis quae apodosin eorum efficiunt, quae inde a *πρὸς δὲ τούτοις* protasis locum occupare opinatur, iam primis verbis evadit totam comprehendi comparationis enarrationem: *τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων.*

Accusativum in nominativum mutari non est quod miremur. Nam Socrates veram imaginem ante oculos habet eamque describit: nautas videt qui disputant, certant, cibo vinoque suaviter sibi faciunt, cetera gerunt. In tali narratione neque subiunctionem quamcumque non patet ferri moleste, neque aliis locis ad finem usque videtur servari. Vide infra. Quas mutationes ibi accidere solere exempla docent, ubi subiunctionis consueta vis, interiecta sententia quamvis parva, paulisper non exercetur. Tum desiderium liberae orationis et solutae, quod diu latebat in animo, ex obscuro tamquam in lucem surgit et subiunctionem repellit. Velut R. p.

399 a 5—c 1 *οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, τας ἁρμονίας, ἀλλὰ κατάλειπε ἐκείνην τὴν ἁρμονίαν, ἣ ἔν τε πολεμικῇ πράξει ὄντος ἀνδρείου καὶ ἐν πάσῃ βιαίῳ ἐργασίᾳ πρεπόντως ἂν μιμήσαιτο φθόγγους τε καὶ προσῳδίας, καὶ ἀποτυχόντος ἢ εἰς τραύματα ἢ εἰς θανάτους ἰόντος ἢ εἴς τινα ἄλλην συμφορὰν πεσόντος, ἐν πᾶσι τούτοις παρατεταγμένως καὶ καρτερούντως ἀμυνομένου τὴν τύχην· καὶ ἄλλην αὖ ἐν εἰρηνικῇ τε καὶ μὴ βιαίῳ ἀλλ' ἐν ἑκουσίᾳ πράξει ὄντος, ἤ τινά τι πείθοντός τε καὶ δεομένου, ἢ εὐχῇ θεὸν ἢ διδαχῇ καὶ νουθετήσει ἄνθρωπον, ἢ τοὐναντίον ἄλλῳ δεομένῳ ἢ διδάσκοντι ἢ μεταπείθοντι ἑαυτὸν ὑπέχοντα, καὶ ἐκ τούτων πράξαντα κατὰ νοῦν, καὶ μὴ ὑπερηφάνως ἔχοντα, ἀλλὰ σωφρόνως τε καὶ μετρίως ἐν πᾶσι τούτοις πράττοντά τε καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἀγαπῶντα.*

Crit. 120 c 5—d 3 *νόμοι δὲ πολλοὶ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ γέρα τῶν βασιλέων ἑκάστων ἦσαν ἴδιοι, τὰ δὲ μέγιστα, μήτε ποτὲ ὅπλα ἐπ' ἀλλήλους οἴσειν βοηθήσειν τε πάντας, ἄν πού τις αὐτῶν ἔν τινι πόλει τὸ βασιλικὸν καταλύειν ἐπιχειρῇ γένος, κοινῇ δὲ καθάπερ οἱ πρόσθεν, βουλευόμενοι τὰ δόξαντα περὶ πολέμου καὶ τῶν ἄλλων πράξεων, ἡγεμονίαν ἀποδιδόντες τῷ Ἀτλαντικῷ γένει.*

Legg. 885 c 8—d 4 *ἀξιοῦμεν δή, καθάπερ ὑμεῖς ἠξιώκατε περὶ νόμων, πρὶν ἀπειλεῖν ἡμῖν σκληρῶς, ὑμᾶς πρότερον ἐπιχειρεῖν πείθειν καὶ διδάσκειν ὡς εἰσὶ θεοί, τεκμήρια λέγοντες ἱκανά, καὶ ὅτι βελτίους ἢ παρὰ τὸ δίκαιον ὑπό τινων δώρων παρατρέπεσθαι κηλούμενοι.*

Legg. 806 a 1—b 5 *ἢ τὸ τούτων δὴ διὰ μέσου φῶμεν ὦ Μέγιλλε τὸ Λακωνικόν; κόρας μὲν γυμνασίων μετόχους οὔσας ἅμα καὶ μουσικῆς ζῆν δεῖν, γυναῖκας δὲ ἀργοὺς μὲν ταλασίας, ἀσκητικὸν δέ τινα βίον καὶ οὐδαμῶς φαῦλον οὐδ' εὐτελῆ διαπλέκειν, θεραπείας δὲ καὶ ταμιείας αὖ καὶ παιδοτροφίας εἴς τι μέσον ἀφικνεῖσθαι, τῶν δ' εἰς τὸν πόλεμον μὴ κοινωνούσας, ὥστε οὐδ' εἴ τίς ποτε διαμάχεσθαι περὶ πόλεώς τε καὶ παίδων ἀναγκαία τύχη γίγνοιτο, οὔτ' ἂν τόξων, ὥς τινες Ἀμαζόνες, οὔτ' ἄλλης κοινωνῆσαί ποτε βολῆς μετὰ τέχνης δυνάμεναι, οὐδὲ ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσαι μιμήσασθαι τὴν θεόν, ὡς πορθουμένης αὐταῖς τῆς πατρίδος γενναίως ἀντιστάσας, φόβον γε, εἰ μηδὲν μεῖζον, πολεμίοισι δύνασθαι παρασχεῖν ἐν τάξει τινὶ κατοφθείσας;*

Hac ratiocinatione habita loco quem agimus, nominativum pro accusativo legendum esse iudicaverim post sententiolam *ὃς ἂν συλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν*

ναύκληρον. Ita *ψέγοντες* proponam legere, quod propter antecedens *ἐπαινοῦντας* facile quisquam in *ψέγοντας* poterat mutare. Hoc *ψέγοντες* alteram detegit difficultatem. Nam ut inter se respondent *ἐπαινοῦντας* et *ψέγοντες*, ita eorum locum, quae *ἐπαινοῦντας* subiciuntur *ναυτικὸν μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικὸν κτέ.*, in posterioribus occupant *τοῦ δὲ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ' ἐπαΐοντες, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ κτέ.* Quid igitur? Nonne utique tollendum est *δέ*, quod et subiunctionem occultat et contextum paene delet sententiae? Quo sublato optime procedit oratio, optime respondent inter sese *ἐπαινοῦντας ναυτικὸν μὲν καλοῦντας κτέ.* et *τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντες ὡς ἄχρηστον τοῦ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ' ἐπαΐοντες κτέ.* Quae seclusio facilis apparet, ubi iterum iterumque nova sententia priori adnectitur per particulam *δέ*.

Altera igitur alteram commendat coniecturam, ut legendum esse censeam: *πρὸς δὲ τούτοις ἐπαινοῦντας ναυτικὸν μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικὸν καὶ ἐπιστάμενον τὰ κατὰ ναῦν, ὃς ἂν συλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντες ὡς ἄχρηστον τοῦ [δ'] ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ' ἐπαΐοντες, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ . . . . ἅμα καὶ τὴν κυβερνητικήν — τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγῇ ἂν τῷ ὄντι κτέ.*

VII.

Legg. 736 c 5—e 4 *τόδε δὲ μὴ λανθανέτω ἡμᾶς εὐτύχημα, ὅτι καθάπερ εἴπομεν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν ἀποικίαν εὐτυχεῖν, ὡς γῆς καὶ χρεῶν ἀποκοπῆς καὶ νομῆς πέρι δεινην καὶ ἐπικίνδυνον ἔριν ἐξέφυγεν, ἣν νομοθετεῖσθαι ἀναγκασθείσῃ πόλει τῶν ἀρχαίων οὔτε ἐᾶν οἷόν τε ἀκίνητον οὔτ' αὖ κινεῖν δυνατόν ἐστί τινα τρόπον, εὐχὴ δὲ μόνον ὡς ἔπος εἰπεῖν λείπεται, καὶ σμικρα μετάβασις εὐλαβὴς ἐν πολλῷ χρόνῳ σμικρὸν μεταβιβάζουσιν, ἡ δὲ τῶν κινούντων ἀεὶ κεκτημένων μὲν αὐτῶν γῆν ἄφθονον ὑπάρχειν, κεκτημένων δὲ καὶ ὀφειλέτας αὐτοῖς πολλοὺς ἐθελόντων τε τούτων πῃ τοῖς ἀπορουμένοις δὶ ἐπιείκειαν κοινωνεῖν, τὰ μὲν ἀφιέντας, τὰ δὲ νεμομένους, ἁμῇ γέ πῃ τῆς μετριότητος ἐχομένους καὶ πενίαν ἡγουμένους εἶναι μὴ τὸ τὴν οὐσίαν ἐλάττω ποιεῖν ἀλλὰ τὸ τὴν ἀπληστίαν πλείω.*

Atheniensis in civitate constituenda sibi contigisse gaudet, ut vitaret discordiam quae de terrae distributione et de aeris remissione facile posset oriri. Quam discordiam idcirco in summas difficultates legislatores iniicere civitatis, quod neque servare condiciones audeant quibus utantur, neque mutare. Quibus nihil nis votum relinqui et parvam mutationem, qua paulatim longo temporis spatio in meliorem statum redigant civitatem.

In his viri docti offendunt quod, Heraclidarum comparatione allata, coniunctio *ὅτι* altera simillima *ὡς* epanaleptice iteratur; tamen complures huius usus exempla exstant apud Platonem, velut R. p. 470d3—5 *σκόπει δή, εἶπον, ὅτι ἐν τῇ νῦν ὁμολογουμένῃ στάσει, ὅπου ἄν τι τοιοῦτον γένηται καὶ διαστῇ πόλις, ἐὰν ἑκάτεροι ἑκατέρων τέμνουσιν ἀγροὺς καὶ οἰκίας ἐμπιμπρῶσιν, ὡς ἀλιτηριώδης τε δοκεῖ ἡ στάσις εἶναι καὶ οὐδέτεροι αὐτῶν φιλοπόλιδες κτέ.*

In sequentibus vulgo suppletur *οὐδὲν* post *ἀκίνητον*, quod facile subaudiri contendit Stallbaum nisus Gorg. 485d *ὃ γὰρ νυνδὴ ἔλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ . . . . . . καταδεδυκότι δὲ τὸν*

λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Quod aliud patet esse in accusativo, aliud in genetivo. Accusativum igitur desidero. Quod si tanto facilius additur τε scil. post οὔτε quam οὐδέν, non video, cur levem mutationem non faciamus. Nam etsi solitae rationi negativum respondet οὐδέν, tamen non ita raro pronomen etiam invenitur affirmativum, velut Phaed. 57ab καὶ γὰρ οὔτε τῶν πολιτῶν Φλειασίων οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν Ἀθήναζε, οὔτε τις ξένος ἀφῖκται χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν ὅστις ἂν ἡμῖν σαφές τι ἀγγεῖλαι οἷός τ' ἦν περὶ τούτων. Sunt hi levissimi sermonis colores quibus distinguitur utrumque, vix quos verbis patefacere audeamus. Tamen id contendamus, solita ratione negativa, una negationis notione animum occupari loquentis, rem altera affirmativa paulo maiores agere partes. Sic quemadmodum postea legitur οὔτ' αὖ κινεῖν δυνατόν ἐστί τινα τρόπον hic etiam scribere proponam οὔτε ⟨τι⟩ ἐᾶν οἷόν τε ἀκίνητον οὔτ' αὖ κινεῖν δυνατόν ἐστί τινα τρόπον.

Sed haec parva est difficultas, cum multo maiorem eis inesse intellegamus quae deinde leguntur ἡ δὲ τῶν κινούντων. Ubi Bekker interpunctione loco succurere conatus est. Scripsit igitur ἥδε· τῶν κινούντων. Sed neque non satis languide ita adnectitur ἥδε, cum antea in universum de voto et mutatione verba fiant, neque interpunctionem commendat, quod asyndetice per genetivum eumque minime absolutum, explicatio adiungitur. Quid de sententia? Designantur ei, qui longo temporis spatio paulatim parvam efficiunt mutationem. Qui de magnis ipsorum divitiis benevolenter alios participes agrorum facere student. Hos autem vix ita signandos esse putaverim, ut quasi officium eorum dicamus esse hanc mutationem efficere. Quod significaret genetivus articulo instructus, τῶν κινούντων. Accedit quod huic genetivo adiungitur alter, absolutus, ut indicat pronomen αὐτῶν. Qui quomodo intellegatur? Cum tota sententia et dativo μεταβιβάζουσιν et genetivo κινούντων, et κεκτημένων . . . . . αὐτῶν genetivo absoluto, eidem homines designentur, initio dativo in universum, postea genetivis accuratius ratione mutandi exposita, verba etiam quae in medio iacent inter dativum et genetivum, dico ἡ δὲ τῶν κινούντων ἀεὶ, iure eidem explicationi tribuemus. Casuum mutationes inter sese — priorem dativum genetivi sequuntur, ut postea accusativi ἀφιέντας, νεμομέ-

νους, ceteri genetivos priores — eorum memoriam mihi revocaverunt quae saepius his legum libris inveniuntur. Quae ea ratione in genetivum mutari docent dativum, ut actio priori dativo involuta per genetivum magno vigore, seiunctiva ut ita dicam ratione, audientibus ante oculos ponatur. Velut Legg 957 b 6—c 5 οἱ δὲ αὐτοὶ πάλιν ἁμαρτάνοντες ψυχῆς φύσεως ὅτι πρεσβύτερον εἴη σωμάτων, διανοηθέντες δὲ ὡς νεώτερον, ἅπανθ' ὡς εἰπεῖν ἔπος ἀνέτρεψαν πάλιν, ἑαυτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον· τὸ γὰρ δὴ πρὸ τῶν ὀμμάτων, πάντα αὐτοῖς ἐφάνη, τὰ κατ' οὐρανὸν φερόμενα, μεστὰ εἶναι λίθων καὶ γῆς καὶ πολλῶν ἄλλων ἀψύχων σωμάτων διανεμόντων τὰς αἰτίας παντὸς τοῦ κόσμου.

Legg. 931 c 3— d 1 μὴ δή τις ἀτιμαζομένῳ μὲν διαφερόντως πατρὶ πρὸς παίδων καὶ μητρὶ θεὸν ὑπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα γενομένῳ, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα εὐχαῖς λιπαρῶς εἰς ἀγαθὰ τοῖς παισὶ παρακαλοῦντος θεούς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου καὶ νέμειν ἡμῖν αὐτοὺς ἡγησόμεθα;

Legg. 829 d 1—7 ὅσοι δὲ ἀγαθοί τε αὐτοὶ καὶ τίμιοι ἐν τῇ πόλει, ἔργων ὄντες δημιουργοὶ καλῶν, τὰ τῶν τοιούτων ᾀδέσθω ποιήματα, ἐὰν καὶ μὴ μουσικὰ πεφύκῃ. κρίσις δὲ αὐτῶν ἔστω παρά τε τῷ παιδευτῇ καὶ τοῖς ἄλλοις νομοφύλαξι, τοῦτο ἀποδιδόντων αὐτοῖς γέρας, παρρησίαν ἐν μούσαις εἶναι μόνοις, τοῖς δὲ ἄλλοις μηδεμίαν ἐξουσίαν γίγνεσθαι.

Eadem ratio in loco de quo agimus potest observari. Nam ἀεὶ ad eam actionem pertinere apparet, qua paulatim parvae mutationes efficiuntur. Quo optime faceret genetivus quem diximus, dativum secutus. Velut καὶ σμικρὰ μετάβασις . . . . σμικρὸν μεταβιβάζουσιν, κινούντων ἀεὶ κτέ. Quomodo illi statum civitatis moveant, accuratius eis audimus explicari quae deinde leguntur κεκτημένων μὲν αὐτῶν κτέ. Quid igitur movetur, mutatur? Hoc dici desideramus. Illi autem qui longo temporis spatio parvam mutationem efficiunt, si qua continua mutandi ratione utuntur, hanc nullo alio patet constare, nisi quod semper aliquid quamvis parvum student mutare. Quod suspicor verbis inesse ἡ δὲ τῶν. Itaque quod a litteris prope abest, legendum esse coniciam ὀλίγον τι κινούντων ἀεί.

Verba σμικρὸν et ὀλίγον parvo intervallo seiuncta itidem leguntur Legg. 918c8 σμικρὸν γένος ἀνθρώπων καὶ φύσει ὀλίγον.

743 d εἶεν δὲ οὐκ ἄν ποτε πολῖται φίλοι, ὅπου πολλαὶ μὲν δίκαι ἐν ἀλλήλοις εἶεν, πολλαὶ δὲ ἀδικίαι, ἀλλ' ὅπου ὡς ὅτι σμικρόταται καὶ ὀλίγισται. His locis σμικρὸν contrarium est vocis μέγα, ὀλίγον vocis πολύ, itaque σμικρὸν magnitudinem et modum, ὀλίγον numerum et pretium significat. Quod loco de quo agimus convenit. Legam igitur: . . . ἣν νομοθετεῖσθαι ἀναγκασθείσῃ πόλει τῶν ἀρχαίων οὔτε ⟨τι⟩ ἐᾶν οἷόν τε ἀκίνητον οὔτ' αὖ κινεῖν δυνατόν ἐστί τινι τρόπον, εὐχὴ δὲ μόνον ὡς ἔπος εἰπεῖν λείπεται, καὶ σμικρὰ μετάβασις εὐλαβὴς ἐν πολλῷ χρόνῳ σμικρὸν μεταβιβάζουσιν, ὀλίγον τι κινούντων ἀεί, κεκτημένων μὲν αὐτῶν γῆν ἄφθονον ὑπάρχειν (scil. ὥστε ὑπάρχειν), κεκτημένων δὲ καὶ ὀφειλέτας αὐτοῖς πολλοὺς ἐθελόντων τε τούτων πῃ τοῖς ἀπορουμένοις δι' ἐπιείκειαν κοινωνεῖν κτέ.

VIII.

Gorg. 503 c 6—d 3 εἰ ἔστιν γε ὦ Καλλίκλεις ἣν πρότερον σὺ ἔλεγες ἀρετήν, ἀληθής, τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι καὶ τὰς αὑτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ ὑστέρῳ λόγῳ ἠναγκάσθημεν ἡμεῖς ὁμολογεῖν, ὅτι αἳ μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν πληρούμεναι βελτίω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταύτας μὲν ἀποτελεῖν, αἳ δὲ χείρω, μή, τοῦτο δὲ τέχνη τις εἶναι — τοιοῦτον ἄνδρα τούτων τινὰ γεγονέναι οὐκ ἔχω ἔγωγε πῶς εἴπω.

δεῖ post ἀποτελεῖν add. Voemel

εἴη ἂν vel ἐφάνη (ὡμολόγηται) εἶναι Heindorf : εἶναι del. Madvig : ἐστὶ Vermehren : τοῦτο δὲ τέχνης εἶναι Ast : τοῦτο δοκεῖ τέχνη τις εἶναι Richter : τέχνη τις εἶναι et post εἶναι lacunam indicavit Schanz : τέχνης τινὸς δεῖται Liebhold : τέχνη τις εἴη Burnet.

Cupiditates quae meliorem efficiant hominem, colere, ceteras vero debilitare in disputando Socrates et Callicles effecerunt virtutem esse. In quibus non eo offendimus, quod initio per ὅτι dicuntur — tamquam sequatur verbum finitum — quae priore disputatione effecta Socrati in animum redierunt, deinde non verbo finito sed infinitivo ad finem ducuntur. Quae interdum, sententia interiecta, apud Platonem occurrunt. Velut Phaed. 108 e 4—109 a 4 πέπεισμαι τοίνυν, ἦ δ' ὅς, ὡς πρῶτον μέν, εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερὴς οὖσα, μηδὲν αὐτῇ δεῖν μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν μήτε ἄλλης ἀνάγκης μηδεμίας τοιαύτης, ἀλλὰ ἱκανὴν εἶναι αὐτὴν ἴσχειν τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ ἑαυτῷ πάντῃ καὶ τῆς γῆς αὐτῆς τὴν ἰσορροπίαν. Sed nominativus τέχνη τις quo tandem modo effici potest ut intellegatur? Hic facile quispiam aut accusativum exspectet cum infinitivo quem dicimus τοῦτο δὲ τέχνην τινὰ εἶναι, aut suppleri iubeat verbum finitum τοῦτο δὲ τέχνη τίς ἐστιν vel εἴη, ut antea etiam intellegatur αἳ δὲ χείρω, μή, ἀρετή ἐστι vel εἴη. Quid ergo? Auxilium petamus ab ea parte sermonis quam Socrates respicit. Legimus 500a5 ἆρ' οὖν παντὸς ἀνδρός

ἐστιν ἐκλέξασθαι ποῖα ἀγαθὰ τῶν ἡδέων ἐστὶν καὶ ὁποῖα κακά, η τεχνικοῦ δεῖ εἰς ἕκαστον; : *τεχνικοῦ*. Convenit igitur inter Socratem et Calliclem voluptates et bonas et malas seiungere artificis esse i. e. voluptates illas seiungere artem esse. Quod quomodo, Socratem prolaturum esse exspectamus? Nonne simpliciter perget narrando *τοῦτο δὲ τέχνην εἶναι*? Quibus si ea opponimus quae traduntur et nominativo *τέχνη* haec differre apparent et adiecto pronomine indefinito *τις*. Quid haec? Artemne quandam significant verba *τεχνικοῦ δεῖν*? Difficultatem animadvertit Ast, qui antequam *τέχνης* coniecit, hunc in modum eam effugere studuit: „Quocirca *τις* non infinitum est illud, sed ita voci *τέχνη* adiungitur, ut solet affirmandi quadam vi (sane vern. wohl, allerdings, in der Tat) substantivis apponi v. c. Polit. 4, 430e : *κόσμος πού τις — ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια*. Phileb. 34d : *οὐκοῦν νῦν δὲ πείνην τε καὶ δίψος καὶ πολλ' ἕτερα τοιαῦτα ἔφαμεν εἶναί τινας ἐπιθυμίας*; Legg. 4, 710e al." Non igitur indefiniti notionem hoc loco pronomini inhaerere sed illam potius docet qua nominis cui adiicitur *τις*, naturam indicat non totam sed aliquo modo in censum venire, ut nostrum „eine gewisse (Kunst)." Fuitne haec Socratis sententia? Immo id magnopere eius interest disputando efficere, facultatem, qua cognoscantur voluptates, utrum bonae sint an malae, re vera esse artem. Nam ut artem medicorum, et coquorum peritiam graviter distinguit 500e4/5 *ἔλεγον δέ που ὅτι ἡ μὲν ὀψοποιικὴ οὔ μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι ἀλλ' ἐμπειρία, ἡ δ' ἰατρική*, ita ea quae ad animum pertinent, in duas partes seiungit, quorum altera artem spectant quam agimus, altera peritiam quae exponitur 501b. Quae cum respondeant inter sese, verbis supra allatis 500e4/5, nullo adiecto pronomine *τις*, ratiocinationem nostram probari gaudemus. Alterum etiam locum inveni quo simile artis iudicium contineri apparet, Cratyl. 428e6/7 *οὐκοῦν φῶμεν καὶ ταύτην τέχνην εἶναι καὶ δημιουργοὺς αὐτῆς*; Quibus perspectis neque suo loco stare *τις* neque quicquam relinqui iudicamus, quo, quominus scribamus *τοῦτο δὲ τέχνην εἶναι*, prohibeamur.

IX.

Charmid. 164c 5—d 3 *οὐκοῦν, ὡς ἔοικεν, ἐνίοτε ὠφελίμως πράξας πραττει μὲν σωφρόνως καὶ σωφρονεῖ, ἀγνοεῖ δ' ἑαυτὸν ὅτι σωφρονεῖ;* : *ἀλλὰ τοῦτο μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, ἀλλ' εἴ τι σὺ οἴει ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὑπ' ἐμοῦ ὡμολογημένων εἰς τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι συμβαίνειν, ἐκείνων ἄν τι ἔγωγε μᾶλλον ἀναθείμην, καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι, μᾶλλον ἤ ποτε συγχωρήσαιμ' ἂν ἀγνοοῦντα αὐτὸν ἑαυτὸν ἄνθρωπον σωφρονεῖν.*
ὅτι μὴ BT : *ὁτιδὴ* Bekker : *τι μὴ* Madvig : *ὁτιοῦν μὴ* Cobet : *τότε μὴ* Schanz : *μὴ* Stobaeus, Burnet.

Charmides fieri posse negaverat, ut medicus se aegrotantibus prodesse interdum ignoraret. A Socrate rationibus irretitus quibus imparem se sentit, verba fecit quae exscripsi manifesto corrupta. De quibus virorum doctorum sententiae variant. Ac videbantur primo obtutu quidem in verbis *καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι* omnia bene procedere *ὅτι* deleto, *ὅτι* vero admisso non tolerari. Nam *αἰσχυνθείην* hac dubitandi notione usitatum non *ὅτι* cum verbo finito sed postulat infinitivum. Tamen infinitivus *φάναι*, cui alter subiungitur *εἰρηκέναι*, eius generis verbum i. e. dicendi significat, quibus interdum oratio indirecta per *ὅτι* eum in modum adnecti solet, ut, coniunctione neglecta, postea infinitivus legatur. Quid igitur? Nonne hoc loco *ὅτι* pendere potest a *φάναι*, ut verba ita cohaereant: *καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην φάναι ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς εἰρηκέναι*? Ita poterat quisquam ratiocinari. Tamen ut suspicionem mittam, quae in universum in ea exempla movetur, ubi *ὅτι* et infinitivus, nulla sententia interiecta, inter se mutantur, v. i. p. 46, illis quibus *ὅτι* et infinitivum eiusdem constat sententiae esse, has duas rationes dicendi diversos colores sermonis significare apertum est, cf. supra pag. 13. Quod si mutantur inter se *ὅτι* vel *ὡς* et infinitivus, eo momento temporis

quo sententia in animo oritur, rem ipsam priorem locum obtinere per *ὅτι* indicatur, postea incertae opinionis conscientiam paulo gravius quam antea subnasci loquenti infinitivus docet. Qua ratione ad Charmidis locum collata, vix fieri posse intellegimus, ut momentum temporis, quo verba facere incipit Charmides, post *αἰσχυνθείην*, non post *φάναι*, ut debuerit, designetur. Minime hoc anticipari, minime a dubitandi sententia hanc vim proficisci posse apparet. Itaque *ὅτι* nulla ratione toleratur. Sententia aliud commendat. Nam quod Charmides dicit errorem profiteri se non vereri, facti potius quam actionis speciem praebet. Quod non *ὅτι* sed articulo efficitur *τό*. Quamobrem legendum coniciam: *καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην τὸ μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι κτέ.* Exempla huius usus plurima apud Platonem exstant, velut optime huc facit Sophist. 247 b 7—c 2 *τοῦτο οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ἀποκρίνονται πᾶν, ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν αὐτὴν δοκεῖν σφίσι σῶμά τι κεκτῆσθαι, φρόνησιν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὧν ἠρώτηκας, αἰσχύνονται τὸ τολμᾶν ἢ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὰ ὁμολογεῖν ἢ πάντ' εἶναι σώματα διισχυρίζεσθαι.* Cui utique respondet *καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην τὸ μὴ οὐχὶ φάναι ὀρθῶς εἰρηκέναι*, ut explicandi causa verba transponam. Denique exemplo adstruam articulum infinitivo hac negativa ratione posito addi: R. p. 354b8 *οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν*, Crit. 43c2 *ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ἐπιλύεται ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ.* Phileb. 13a9 *τὸ μὲν οὖν μὴ οὐχὶ ἡδέα εἶναι τὰ ἡδέα λόγος οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ.* Sophist. 219e *τὴν δέ γε μὴν θηρευτικὴν ἄλογον τὸ μὴ οὐ τέμνειν διχῇ.* all.

Corruptela falsae solutioni ligaturae ὅ deberi videtur, cuius erroris alterum exemplum exstat Phaed. 63c2, ubi Burnet restituit *τό* : *τὸ μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν* : *ὅτι* B, : *τὸ* T.

X.

Legg. 892 d 2—e 7 *φυλάττωμεν δὴ παντάπασιν ἀπατηλὸν λόγον, μή πῃ πρεσβύτας ἡμᾶς ὄντας νεοπρεπὴς ὢν παραπείσῃ καὶ διαφυγὼν καταγελάστους ποιήσῃ, καὶ δόξωμεν μείζονα ἐπιβαλλόμενοι καὶ τῶν σμικρῶν ἀποτυχεῖν. σκοπεῖτε οὖν. εἰ καθάπερ ποταμὸν ἡμᾶς ἔδει τρεῖς ὄντας διαβαίνειν ῥέοντα σφόδρα, νεώτατος ἐγὼ τυγχάνων ἡμῶν καὶ πολλῶν ἔμπειρος ῥευμάτων, εἶπον ὅτι πρῶτον ἐμὲ χρῆναι πειραθῆναι κατ' ἐμαυτόν, καταλιπόντα ὑμᾶς ἐν ἀσφαλεῖ, σκέψασθαι εἰ διαβατός ἐστι πρεσβυτέροις οὖσι καὶ ὑμῖν, ἢ πῶς ἔχει, καὶ φανέντος μὲν ταύτῃ, καλεῖν ὑμᾶς τότε καὶ συνδιαβιβάζειν ἐμπειρίᾳ, εἰ δὲ ἄβατος ἦν ὡς ὑμῖν, ἐν ἐμοὶ τὸν κίνδυνον γεγονέναι, μετρίως ἂν ἐδόκουν λέγειν, καὶ δὴ καὶ νῦν ὁ μέλλων ἐστὶ λόγος σφοδρότερος καὶ σχεδὸν ἴσως ἄβατος ὡς τῇ σφῷν ῥώμῃ.*

Atheniensis, Clinias, Megillus in disputatione ad difficillimam quaestionem pervenerunt, num anima prior exstiterit corpore. Atheniensis rationem disputandi, quam inire sibi proposuit, fluminis comparatione ceteris explicare studet. Fingit igitur se una cum illis ad flumen rapidum pervenire, quod transire velint. Tum ipsum primum necesse esse, ut minimum natu, fluminis vim experiri solum, expertum ceteros etiam, ut traducat, vocare.

His verbis nonnullae difficultates insunt. Primum *εἰ* post *καθάπερ* iterari iubet Ast, auctore Stephano qui *εἰ* post *καθάπερ* transposuit. Quod cum altera textus difficultate cohaeret, *δ'* dico post *νεώτατος*, suppletum ab editoribus omnibus. Nos quamquam particulam *εἰ* transpositam notissimis locutionibus *ὥσπερ ἂν εἰ* vel *ὥσπερ εἰ* valde commendari existimamus, tamen non ignoramus saepius etiam particulam iteratam cogitatione supplendam esse, velut R. p. 337 e 4—7 *πῶς γὰρ ἄν, ἔφην ἐγώ, ὦ βέλτιστέ τις ἀποκρίναιτο πρῶτον μὲν μὴ εἰδὼς μηδὲ φάσκων εἰδέναι, ἔπειτα εἴ τι καὶ οἴεται, περὶ τούτων ἀπειρημένον αὐτῷ εἴη ὅπως μηδὲν ἐρεῖ ὧν ἡγεῖται ὑπ' ἀνδρὸς οὐ φαύλου;* Ubi subauditur *εἰ* ante *περὶ τούτων*.

Quamobrem neque transponendum *εἰ* neque *δ'* inserendum, sed cogitatione iterandum esse iudicamus *εἰ* ante *νεώτατος*. Graviores deinde occurunt difficultates. Ut priore Charmidis loco ita *ὅτι* cum infinitivo positum hoc quoque loco, sententia nulla interiecta, invenitur. Quod magnam movet suspicionem. Nam ea exempla, quibus editores nituntur, ut miram rationem dicendi defendant, futilia apparent et vana esse, si quis accuratius singula inspexerit. Sunt autem haec: Phaed. 63b9—c4 *νῦν δὲ εὖ ἴστε ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς — καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ δισχυρισαίμην — ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, εὖ ἴστε ὅτι εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων δισχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο. ὅτι* B : *τὸ* T (in ras.) Stob., Burnet, Wilamowitz.

Charmid. 164c 9—d 3 *ἀλλὰ τοῦτο μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, ἀλλ' εἴ τι σὺ οἴει ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὑπ' ἐμοῦ ὡμολογημένων εἰς τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι συμβαίνειν, ἐκείνων ἄν τι ἔγωγε μᾶλλον ἀναθείμην καὶ οὐκ ἂν αἰσχυνθείην ὅτι μὴ οὐχὶ ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι, μᾶλλον ἤ ποτε συγχωρήσαιμ' ἂν ἀγνοοῦντα αὐτὸν ἑαυτὸν ἄνθρωπον σωφρονεῖν. ὅτι μὴ* BT : *μὴ* Stob. : *ὁτιδὴ* Bekker : *τι μὴ* Madvig : *ὁτιοῦν μὴ* Cobet : *τότε μὴ* Schanz : *τὸ* ego v. p. 44. Alcibiad. 1, 105 d 7—e 5 *ὥσπερ γὰρ σὺ ἐλπίδας ἔχεις ἐν τῇ πόλει ἐνδείξασθαι ὅτι αὐτῇ παντὸς ἄξιος εἶ, ἐνδειξάμενος δὲ ὅτι οὐδὲν ὅτι οὐ παραυτίκα δυνήσεσθαι, οὕτω κἀγὼ παρὰ σοὶ ἐλπίζω μέγιστον δυνήσεσθαι ἐνδειξάμενος ὅτι παντὸς ἄξιός εἰμί σοι καὶ οὔτε ἐπίτροπος οὔτε συγγενὴς οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς ἱκανὸς παραδοῦναι τὴν δύναμιν ἧς ἐπιθυμεῖς πλὴν ἐμοῦ, μετὰ τοῦ θεοῦ μέντοι. ὅτι* om. Proclus.

Phaed. 63 bc et Charmid. 164 cd *τὸ* legendum esse apparet quod in priore loco restituerunt Burnet, Wilamowitz, in altero loco intellegendum esse modo exposui pagg. 47 sqq. Relinquitur Alcib. 1, 105de, ubi *ὅτι* delendum videtur esse, nam facile addi poterat prolepsi aut posterioris *ἐνδειξάμενος ὅτι* aut sequentis *οὐδὲν ὅτι*. Loco denique de quo agimus, Cobet coniecit *χρείη*, quod sensui satisfacit, sed multo facilius Wilamowitz emendavit *χρῆν*, prolepsi sequentis *πειραθῆναι* in *χρῆναι* corruptum. Quae coniectura ab omni parte vera mihi videtur.

In eis quae sequuntur, infinitivus *σκέψασθαι* ratione intellegitur, ut ita dicam consecutiva, tamquam dicas *ὥστε σκέψασθαι*. Qui infinitivi usus saepius in legum libris, imprimis his ultimis,

invenitur. Denique infinitivi *καλεῖν* et *συνδιαβιβάζειν* ad summam difficultatem adducunt. Nam quomodo intellegantur? Quos ab infinitivo *χρῆναι* Ast contendit quidem pendere, sed nullo verbo aoristi in praesens tempus mutationem explicare conatur. Quid ergo significant infinitivi praesentis? Tres illos philosophos ante flumen rapidum transeundi difficultate oppressos ante oculos nobis ponamus. Quidnam Atheniensem opinamur dicere? Nonne haec erunt verba: „*πρῶτον ἐμὲ χρὴ πειραθῆναι κατ' ἐμαυτόν, καταλιπόντα* (vel anacoluthi nota ratione Platoni iucunda *καταλιπὼν*) *ὑμᾶς ἐν ἀσφαλεῖ, σκέψασθαι εἰ διαβατός ἐστι πρεσβυτέροις οὖσι καὶ ὑμῖν, ἢ πῶς ἔχει, καὶ φανέντος μὲν ταύτῃ, καλῶ ὑμᾶς τότε καὶ συνδιαβιβῶ ἐμπειρίᾳ, εἰ δὲ ἄβατος ἦν ὡς ὑμῖν, ἐν ἐμοὶ ὁ κίνδυνος γέγονεν*“? Quo probato non praesentis sed futuri cognoscimus infinitivum esse *καλεῖν*. Non igitur deinde *συνδιαβιβάζειν* sed infinitivus futuri *συνδιαβιβᾶν* poscendus est. Ita primum per *ὅτι* et verbum finitum *χρῆν*, deinde per infinitivos *καλεῖν* et *συνδιαβιβᾶν* indirectam orationem procedere audimus, quod saepius apud Platonem invenitur, velut R. p. 391c 8—d 3 *μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μηδὲ τάδε πειθώμεθα μηδ' ἐῶμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς Ποσειδῶνος ὑὸς Πειρίθους τε Διὸς ὥρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγάς, μηδέ τιν' ἄλλον θεοῦ παῖδά τε καὶ ἥρω τολμῆσαι ἂν δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι, οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν*. Hunc in modum igitur legendum esse censeo: *εἰ καθάπερ ποταμὸν ἡμᾶς ἔδει τρεῖς ὄντας διαβαίνειν ῥέοντα σφόδρα, νεώτατος ἐγὼ τυγχάνων ἡμῶν καὶ πολλῶν ἔμπειρος ῥευμάτων, εἶπον ὅτι πρῶτον ἐμὲ χρῆν πειραθῆναι κατ' ἐμαυτὸν καταλιπόντα ὑμᾶς ἐν ἀσφαλεῖ σκέψασθαι εἰ διαβατός ἐστι πρεσβυτέροις οὖσι καὶ ὑμῖν, ἢ πῶς ἔχει, καὶ φανέντος μὲν ταύτῃ καλεῖν ὑμᾶς τότε καὶ συνδιαβιβᾶν ἐμπειρίᾳ, εἰ δέ ἄβατος ἦν ὡς ὑμῖν, ἐν ἐμοὶ τὸν κίνδυνον γεγονέναι, μετρίως ἂν ἐδόκουν λέγειν.*

XI.

Gorg. 451d9—452c2 ΣΩ. ἀλλ' ὦ Γοργία ἀμφισβητήσιμον καὶ τοῦτο λέγεις καὶ οὐδέν πω σαφές. οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιόν, ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστιν, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι, τρίτον δέ, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολίου, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως.
ΓΟΡ. ἀκήκοα γάρ· ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτο λέγεις;
ΣΩ. ὅτι εἴ σοι αὐτίκα παρασταῖεν οἱ δημιουργοὶ τούτων ὧν ἐπῄνεσεν ὁ τὸ σκόλιον ποιήσας, ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης καὶ χρηματιστής, καὶ εἴποι πρῶτον μὲν ὁ ἰατρὸς ὅτι „Ὦ Σώκρατες ἐξαπατᾷ σε Γοργίας· οὐ γάρ ἐστιν ἡ τούτου τέχνη περὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἡ ἐμή“ — εἰ οὖν αὐτὸν ἐγὼ ἐροίμην· σὺ δὲ τίς ὢν ταῦτα λέγεις; εἴποι ἂν ἴσως ὅτι ἰατρός. τί οὖν λέγεις; ἢ τὸ τῆς σῆς τέχνης ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; „πῶς γὰρ οὔ,“ φαίη ἂν ἴσως, „ὦ Σώκρατες ὑγίεια; τί δ' ἐστὶν μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγιείας;“ εἰ δ' αὖ μετὰ τοῦτον ὁ παιδοτρίβης εἴποι ὅτι „θαυμάζοιμί τἂν ὦ Σώκρατες καὶ αὐτὸς εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὑτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς·“ εἴποιμ' ἂν αὖ καὶ πρὸς τοῦτον· σὺ δὲ δὴ τίς εἶ ὦ ἄνθρωπε καὶ τί τὸ σὸν ἔργον; „παιδοτρίβης“ φαίη ἄν, „τὸ δὲ ἔργον μού ἐστιν καλούς τε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα.“ μετὰ δὲ τὸν παιδοτρίβην εἴποι ἂν ὁ χρηματιστής, ὡς ἐγᾦμαι πάνυ καταφρονῶν ἁπάντων·“ σκόπει δῆτα ὦ Σώκρατες ἐάν σοι πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὂν ἢ παρὰ Γοργίᾳ ἢ παρ' ἄλλῳ ὁτῳοῦν.
τἂν BT : μεντἂν Cobet : ἂν Heindorf : γ' ἂν Coraes; ἔχοι BT : ἔχει PF.

Socrates sententiam Gorgiae, qui artem rhetoricam de summis rebus humanis agere contendit, scolii cuiusdam auxilio refellit. Quo bonam valetudinem, virtutem, divitias res optimas humanas esse praedicatur. Quae quid valeant, ut optime Gorgiae demonstret,

eos Socrates fingit adesse, qui haec bona hominibus parare didicerint: medicum, palaestriae magistrum, negotiatorem dico. Magister autem verba facit haec: „θαυμάζοιμί τἂν ὦ Σώκρατες καὶ αὐτὸς εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὑτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς.“ Quae mirum in modum lenia et paene inania apparent esse. Nam quoniam suam quisque artem summum solet putare bonum, minime satisfaciunt verba magistri, quibus se ipsum quoque profitetur mirari. Cum medico consentit in mirando, de sua arte nihil addit. Quamquam et medicum magna vehementia in Socratem invehi verbis ἐξαπατᾷ σε Γοργίας, et negotiatorem audimus de arte ipsius virtutis tam honorifice sentire, ut, ceteris contemptis, Gorgiae sententiam ne in censum quidem iudicet venire. Inter medici et negotiatoris verba igitur sententia augeri videtur, qua suam quisque artem summum censet bonum esse. Itaque magistrum qui medium locum occupat, acriora medico, negotiatore leniora proferre exspectamus. Quid ergo? Nonne Socratis potius quam magistri apparet esse mirari? Ut si quis cum adversario certans dicat „Mireris ipse, si vincas.“ Huic enim summum inesse argumentum videtur, adversarium ad eam pervenisse rei ipsius desperationem, ut se superiorem fieri miraretur. Cuius adversarii locum hoc loco Socrates occupat. Scribere igitur propono „θαυμάζοις μεντἂν ὦ Σώκρατες καὶ αὐτὸς εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὑτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς.“ Quo probato in eo etiam concinunt verba medici, magistri, negotiatoris, quod unusquisque statim in Socratem invehitur ipsum: ἐξαπατᾷ σε Γοργίας, — θαυμάζοις μεντἂν ὦ Σώκρατες καὶ αὐτὸς — σκόπει δῆτα. Corruptela non tam litterarum errore quam personarum orta videtur esse.

Consulto adhuc difficultatis quam textum praebere optime iudicavit Heindorf, mentionem non feci. Qui ita dicit: „Accipiendum hoc τ' pro τοι, non pro τε, ut putabat Findeis., quamquam aliis locis Plato scribere solet θαυμάζοιμ' ἄν, atque diphthongus in μέντοι ἂν sescenties eliditur, in simplici τοι non item, ut literula haec delenda videatur.“ Quam difficultatem neque superavit Ast, qui scripsit θαυμάζοιμί γ' ἄν, ut esset „quin ipse quoque mirer,“ neque Stallbaum, qui coniecit θαυμάζοιμι δ' ἄν. Nam mirum in modum — utut et exemplis probari student et explicatione — a solita ratione qua paene locutionis instar utitur θαυμά-

ζοιμ' ἄν, discederet Plato. Nos alia ratiocinatione profecti ad ea, quae hanc quoque tollant difficultatem, pervenisse gaudemus.

Relinquitur, ut de lectione *ἔχει* quam alteri *ἔχοι* praefero quamvis melius traditae pauca dicam. Indicativum pro optativo protasis saepius ibi invenitur ubi condicio posita ea certitudine negatur, ut a conexu hypothetico seiuncta tamquam libera in praesens tempus procedat. Hoc ipsum est quod sermoni Socratis respondet. Nam ad Gorgiam quocum colloquitur, condiciones etiam spectant hypotheticae. Utique igitur indicativum servabo. Cuius usus exempla afferam Protag. 312 b 8—c 2 *ὅτι μέλλεις τὴν ψυχὴν τὴν σαυτοῦ παρασχεῖν θεραπεῦσαι ἀνδρί, ὡς φῄς, σοφιστῇ· ὅτι δέ ποτε ὁ σοφιστής ἐστιν, θαυμάζοιμ' ἂν εἰ οἶσθα.* R. p. 584 e 7/8 *θαυμάζοις ἂν οὖν εἰ καὶ οἱ ἄπειροι ἀληθείας περὶ πολλῶν τε ἄλλων μὴ ὑγιεῖς δόξας ἔχουσιν, πρός τε ἡδονὴν καὶ λύπην καὶ τὸ μεταξὺ τούτων κτέ.*

XII.

Gorg. 503 d 5—504 a 4 *ἴδωμεν δὴ οὑτωσὶ ἀτρέμα σκοπούμενοι εἴ τις τούτων τοιοῦτος γέγονεν· φέρε γὰρ ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιστον λέγων, ἃ ἂν λέγῃ ἄλλο τι οὐκ εἰκῇ ἐρεῖ, ἀλλ' ἀποβλέπων πρός τι; ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες δημιουργοὶ βλέποντες πρὸς τὸ αὑτῶν ἔργον ἕκαστος οὐκ εἰκῇ ἐκλεγόμενος προσφέρει πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτῶν, ἀλλ' ὅπως ἂν εἶδός τι αὐτῷ σχῇ τοῦτο ὃ ἐργάζεται. οἷον εἰ βούλει ἰδεῖν τοὺς ζωγράφους, τοὺς οἰκοδόμους, τοὺς ναυπηγούς, τοὺς ἄλλους πάντας δημιουργούς, ὅντινα βούλει αὐτῶν, ὡς εἰς τάξιν τινὰ ἕκαστος ἕκαστον τίθησιν ὃ ἂν τιθῇ, καὶ προσαναγκάζει τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ πρέπον τε εἶναι καὶ ἁρμόττειν, ἕως ἂν τὸ ἅπαν συστήσηται τεταγμένον τε καὶ κεκοσμημένον πρᾶγμα. καὶ οἵ τε δὴ ἄλλοι δημιουργοὶ καὶ οὓς νυνδὴ ἐλέγομεν, οἱ περὶ το σῶμα, παιδοτρίβαι τε καὶ ἰατροί, κοσμοῦσί που τὸ σῶμα καὶ συντάττουσιν.*

βλέποντες om. Sauppe : *προσφέρει* BTPF : *προσφέρει ἃ προσφέρει* Vindob. 21 : *προσφέρει ἃν προσφέρῃ* Hirschig ; *πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτῶν* BTPF : *πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτοῦ* apographa, Schanz, : om. Sauppe.

Socrates quaestione inita, num Cimo, Miltiades, Pericles meliores reddiderint Athenienses, ut facere solet, ab exemplo e vita cotidiana sumpto auxilium petit. Sunt opifices, quorum primum in universum ei venit in mentem: *ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες δημιουργοί*, deinde certi exempli ratione unus instar omnium a genere universo segregatus paene sub aspectum ei subiicitur. Cuius exemplo hoc demonstratur, si quis, quod opus facere sibi proposuerit, pulchrum studeat efficere et perfectum, non temere sed certa ratione operi eum provisurum esse.

In his plura viris doctis suspicionem moverunt. Atque primum quidem Sauppe, participio *βλέποντες* secluso, pulchram imaginem minuit qua opifices opere ita spectantur occupati, ut oculis etiam,

quid utile sit, quid necessarium, quaerant, quid opportunum. Qui, quinam contendat, *βλέπειν πρὸς* propria praepositionis notione huic loco non convenire, me non intellegere confiteor. Neque obstat quod paulo diversa ratione antea legitur *ἀποβλέπων πρός τι*. Quibus ut in sequentibus respondet *ἀλλ' ὅπως εἶδός τι αὐτῷ σχῇ τοῦτο ὃ ἐργάζεται*, ita *βλέποντες πρός τι* locum prioris occupat *ἐπὶ το βέλτιστον λέγειν*. Nam operis figuram et speciem quam animo spectant opifices, manibus efficere student. Qui cum opus inspiciunt, quod conficiunt, eius speciem simul quae animo exstat, ante oculos habent.

In participio igitur non haeremus, sed in pronomine potius offendimus *αὐτῶν*. Nam ut initio cogitationis eorum Socrati in mentem venit, quos vita cotidiana ut certam speciem hominum ante oculos ponere solet, quomodo multi in *τὸ αὑτῶν ἔργον* occupati veram imaginem efficiant? Quae unum hominem poscere videtur, qui suo operi consulat atque prospiciat. Cui ratiocinationi — Platonis consuetudinem his numeri mutationibus spectari v. s. p. 14 — ut respondet pronomen *ἕκαστος*, ita non satisfacit collectivum *τὸ αὑτῶν ἔργον*. Immo unum opus unius hominis, qui ei provideat, ante oculos poni flagitatur. Quemadmodum legimus R. p. 346 d 5 *καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι* (scil. *τέχναι*) *οὕτως τὸ αὑτῆς ἑκάστη ἔργον ἐργάζεται καὶ ὠφελεῖ ἐκεῖνο ἐφ' ᾧ τέτακται*. Legere igitur proponam *πρὸς τὸ αὑτοῦ ἔργον ἕκαστος*.

In eis etiam quae sequuntur, verba tradita argumento non satisfaciunt. Nam ut antea exstat *λέγει ἃ ἂν λέγῃ* et postea legitur *τίθησιν ἃ ἂν τιθῇ*, ita hic sententia postulat *προσφέρει ἃ ἂν προσφέρῃ*. Quod supplevit Hirschig, qui scribi iussit *προσφέρει ἃν προσφέρῃ*, cum Vindob. 21 exstet *προσφέρει ἃ προσφέρει*. Verba facile ibi neglegi potuisse, ubi alia in textum invaserint, nemo negabit. Nam ab omni parte spuria apparent esse verba *πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτῶν*, quae iure seclusit Sauppe. Primum enim nihil huc facit obiectum afferri verbi *προσφέρειν*, immo omnis sententia in ratione consistit, quae temere an consilio fiat, quaeramus. Deinde unius hominis imagine iam antea orta ex animo pluralem numerum evadit *αὑτῶν* non posse tolerari. Ita neque sententiae satisfaciunt verba, neque non falsae iterationis nota apparent signari.

Corruptela utraque scribae neglegentiae debetur. Qui priore

loco pronomen *αὑτοῦ* participio *βλέποντες* accommodavit, posteriore altero verbo *προσφέρῃ* adductus est, ut prius sibi iam videretur scripsisse. Denique falsa interpretatione verbi *προσφέρειν* alterum *πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτῶν* variae lectionis ratione in margine adscriptum in textum invasit.

Apodosin deesse verborum *οἷον εἰ βούλει ἰδεῖν* vel latere quodammodo verbis *ὡς εἰς τάξιν τινὰ κτέ.* Heindorfio ceterisque minime concedo, nam nihil aliud significat *οἷον εἰ βούλει ἰδεῖν* nisi *ἰδέ*, i. e. ad eam urbanitatis rationem dicendi pertinet, quae *ἴσως*, modum potentialem, talia effecit.

Legam igitur: *ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες δημιουργοὶ βλέποντες πρὸς τὸ αὑτοῦ ἔργον ἕκαστος οὐκ εἰκῇ ἐκλεγόμενος προσφέρει [πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτῶν] ⟨ἃ ἂν προσφέρῃ⟩, ἀλλ' ὅπως ἂν εἶδός τι αὐτῷ σχῇ τοῦτο ὃ ἐργάζεται.*

XIII.

Res. publ. 601 d 8—e 5 *πολλὴ ἄρα ἀνάγκη τὸν χρώμενον ἑκάστῳ ἐμπειρότατόν τε εἶναι καὶ ἄγγελον γίγνεσθαι τῷ ποιητῇ οἷα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ποιεῖ ἐν τῇ χρείᾳ ᾧ χρῆται· οἷον αὐλητής που αὐλοποιῷ ἐξαγγέλλει περὶ τῶν αὐλῶν, οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν, καὶ ἐπιτάξει οἵους δεῖ ποιεῖν, ὁ δ' ὑπηρετήσει.*

Eum qui instrumento quodam utitur, et peritissimum eius esse concludimus, et fabricatori significare posse, quid sid cavendum, quid curandum, quomodo bonum efficiat instrumentum. Quod comparatione tibiarum illustratur.

Viri docti de verbis *οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν* eum in modum dissentiunt, ut alteri tibias spectari, alteri ad tibicines contendant ea esse referenda. Quod Adam interpretatus neque idem verbum *ὑπηρετεῖν* primum de tibiis deinde parvo spatio interiecto, significatione mutata, de tibicinibus dici posse, neque omnino notionem verbi *ὑπηρετεῖν* tibiis exercendis convenire opinatur. Videamus quid sit. Atque primum quidem *ὑπηρετεῖν* significare videtur *ὑπηρέτην εἶναι* i. e. officium remigis praestare, quod metaphorice dictum ad quamvis artem transfertur. Quid de arte tibiarum? Utrum tibicines an tibiae remigis officium praestant? Tibicines hoc sententiarum conexu eorum partes agunt, qui verae scientiae participes facti sunt, cum opifices vera opinione utantur. Quibus in arte navigandi gubernatores respondent et navium fabricatores. Similiter igitur instrumenti ratione tibiae serviunt tibicini atque remiges gubernatori. Alterum *ὑπηρετήσει* de opifice dicitur, significatione neque ita diversa, ut videtur Adamo, cum aequo modo et tibias exercendo et opificem opere conficiendo officium appareat praestare, neque alia ratione usitata atque ea qua antea *ποιεῖ* respondet *ποιητής* quae utraque ad quamvis diversa relata significatio, efficiendi notione signatur. Itaque

Adami timores vanos esse apparet. Qui cum verba *οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν* referenda censeat esse non ad proximum *αὐλῶν*, sed ad *αὐλητὴς* quod paulo antecedit, novae difficultatis auctor est. Est singularis in pluralem numerum mutatio, quae, quoniam ibi accidere solet, ubi vita cotidiana notam speciem hominum viva imagine oblatam animo praesentat, huic loco minime apta esse videretur. Tibicines enim neque propter sententiam neque propter coniunctivum cum *ἂν* hoc loco talem societatem efficere possunt. Qualis mutationis exempla plurima exstant, velut R. p. 554 a 10—c 9 *αὐχμηρός γέ τις, ἦν δ' ἐγώ, ὢν καὶ ἀπὸ παντὸς περιουσίαν ποιούμενος, θησαυροποιὸς ἀνήρ, οὓς δὴ καὶ ἐπαινεῖ τὸ πλῆθος — ἢ οὐχ οὗτος ἂν εἴη ὁ τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ ὅμοιος;* Theaet. 170 a 6—b 1 *οὐκοῦν ὦ Πρωταγόρα καὶ ἡμεῖς ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ πάντων ἀνθρώπων δόξας λέγομεν, καί φαμεν οὐδένα ὅντινα οὐ τὰ μὲν αὑτὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ, καὶ ἔν γε τοῖς μεγίστοις κινδύνοις, ὅταν ἐν στρατείαις ἢ νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζωνται, ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν ἑκάστοις ἄρχοντας, σωτῆρας σφῶν προσδοκῶντας, οὐκ ἄλλῳ τῷ διαφέροντας ἢ τῷ εἰδέναι.*

Hac ratione perspecta, admodum certo verba *οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν* ad proximum *αὐλῶν* pertinere iudicabimus. Quamquam adhuc haeremus in eis. Nam antecedentibus *οἷα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ποιεῖ ἐν τῇ χρείᾳ ᾧ χρῆται* haec posteriora ita debent respondere, ut quae simpliciter antea dicuntur, comparatione allata aut eadem ratione aut paulo uberiore explicentur. Ita addi videmus verba *καὶ ἐπιτάξει οἵους δεῖ ποιεῖν*, cum antea Socrates satis habuerit dicere *οἷα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ποιεῖ*. Quibus utilitatis rationem spectari et sententiarum conexu et ex eis colligitur quae paulo infra leguntur e 4/5 *οὐκοῦν ὁ μὲν εἰδὼς ἐξαγγέλλει περὶ χρηστῶν καὶ πονηρῶν αὐλῶν, ὁ δὲ πιστεύων ποιήσει;* Haec exprimetur verbis oportet *οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν*. Qua ratione perspecta, respondere videmus inter sese *ἀγαθὰ ἢ κακὰ ποιεῖ* et *ὑπηρετεῖν*, condicionem alternativam *ἢ* et coniunctivum cum *ἄν*. Itaque non *οἳ* sed *οἷοι* legendum esse censemus.

At monet Schneider similiter hic atque aliis locis *οἳ* pro *οἷοι* accipi posse. Cuius consuetudinis ipse exempla affert R. p. 484 a 1—3 *οἱ μὲν δὴ φιλόσοφοι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων καὶ οἱ μὴ διὰ μακροῦ τινος διεξελθόντες λόγου μόγις πως ἀνεφάνησαν*

οἵ εἰσιν ἑκάτεροι, 493 a 9—b 5 *οἷόνπερ ἂν εἰ θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου τὰς ὀργάς τις καὶ ἐπιθυμίας κατεμάνθανεν, ὅπῃ τε προσελθεῖν χρὴ καὶ ὅπῃ ἅψασθαι αὐτοῦ, καὶ ὁπότε χαλεπώτατον ἢ πρᾳότατον καὶ ἐκ τίνων γίγνεται, καὶ φωνὰς δὴ ἐφ'οἷς ἑκάστοτε* (sic Schneider, sed emendavit Prinsterer *ἐφ'οἷς ἑκάστας*) *εἴωθεν φθέγγεσθαι, καὶ οἵας αὖ ἄλλου φθεγγομένου ἡμεροῦταί τε καί ἀγριαίνει κτέ.*, 559 a *προελώμεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων αἵ εἰσιν, ἵνα τύπῳ λάβωμεν αὐτάς;* Men. 92 c 4 *τούτους γοῦν οἶδα οἵ εἰσιν, εἴτ'οὖν ἄπειρος αὐτῶν εἰμι εἴτε μή*, et conferri iubet quae Heindorf attulerat ad Phaedr. § 46 i. e. ad 243 e 2 *τοῦτο μὲν πιστεύω, ἕωσπερ ἂν ᾖς ὃς εἶ.* Sunt autem haec: Theaet. 196/97 *ἀλλὰ τίνα τρόπον διαλέξῃ ὦ Σώκρατες τούτων ἀπεχόμενος; ΣΩ. οὐδένα ὤν γε ὃς εἰμί, εἰ μέντοι ἢ ἀντιλογικός, κτέ.* Euthyd. 283 d 2/3 *οὐκοῦν ὃς μὲν οὐκ ἔστιν, βούλεσθε αὐτὸν γενέσθαι ὃς δ'ἔστι νῦν, μηκέτι εἶναι.* R. p. 229 a 9/10 *οὐκ ἀγεννῶς μοι δοκεῖς, ἦν δ'ἐγώ, τὴν περὶ τὰ ἄνω μάθησιν λαμβάνειν παρὰ σαυτῷ ἥ ἐστι.* In quibus omnibus praeter unum R. p. 493 b, quod falso intellexisse Schneiderum egregia Prinstereri coniectura docet, ibi ὅς pro *οἷος* apparet usitari, ubi verbo substantivo quodammodo id suppletur, quod pronominis *οἷος* naturam efficit. Nam ut per ὅς *ἐστιν* a parte personae ita per *οἷός ἐστιν* a qualitate profecti naturam hominis cuiusdam indicare solemus, ut, quamquam hic qualitatem, illic personam priores partes agere subaudimus, magna rei similitudine fiat, ut utrumque misceatur. Aliter res se habet in Reipublicae loco quem modo interpretati sumus. Ubi neque exstat verbum substantivum, quod naturam hominis spectet, sed verbum *ὑπηρετεῖν*, neque non qualitatem summas partes sententiae agere videmus. Legam igitur *οἷοι*.

Corruptelam levissimam ortam esse ex haplographia, non est quod moneam. Qua sublata, pulchra prolepsis ratione Platoni iucunda sermonem ornari videmus: *οἷον αὐλητής που αὐλοποιῷ ἐξαγγέλλει περὶ τῶν αὐλῶν, οἷοι ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν, καὶ ἐπιτάξει οἵους δεῖ ποιεῖν, ὁ δ'ὑπηρετήσει.*

Relinquitur ut pauca addam de temporis mutatione quae exstat inter *ἐξαγέλλει* et *ἐπιτάξει*. Quae vivae imagini egregie satisfacit. Nam primum comparationi respondet praesens *ἐξαγγέλλει*, ut antea legi *ἄγγελον γίγνεσθαι* iure monet Adam, deinde actionis progressum futurum tempus significat. Quod non iam

spectat comparationem, sed quid inter tibicinem fieri et fabricatorem tibiarum sit colligendum narratur. Verbum finitum igitur, quod more grammatico pendere debebat ab *οἷον*, subiunctione soluta, liberum in directam narrandi rationem transit. cf. supra pag. 11.

XIV.

Men. 77 b 6—e 4 *ΣΩ. αρα λέγεις τον τῶν καλῶν ἐπιθυμοῦντα ἀγαθῶν ἐπιθυμητὴν εἶναι;* — MEN. *μάλιστά γε* — *ΣΩ. ἆρα ὡς ὄντων τινῶν οἳ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, ἑτέρων δὲ οἳ τῶν ἀγαθῶν; οὐ πάντες ὤριστε δοκοῦσί σοι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμεῖν;* — MEN. *οὐκ ἔμοιγε.* — *ΣΩ. ἀλλά τινες τῶν κακῶν;* — MEN. *ναί.* — *οἰόμενοι τὰ κακὰ ἀγαθὰ εἶναι, λέγεις, ἢ καὶ γιγνώσκοντες ὅτι κακά ἐστιν ὅμως ἐπιθυμοῦσιν αὐτῶν;* — MEN. *ἀμφότερα ἔμοιγε δοκοῦσιν·* — *ΣΩ. ἦ γὰρ δοκεῖ τίς σοι ὦ Μένων γιγνώσκων τὰ κακὰ οτι κακά ἐστιν ὅμως ἐπιθυμεῖν αὐτῶν;* — MEN. *μάλιστα.* — *ΣΩ. τί ἐπιθυμεῖν λέγεις; ἦ γενέσθαι αὐτῷ;* — MEN. *γενέσθαι· τί γὰρ ἄλλο;* — *ΣΩ. πότερον ἡγούμενος τὰ κακὰ ὠφελεῖν ἐκεῖνον ᾧ ἂν γένηται, ἢ γιγνώσκων τὰ κακὰ ὅτι βλάπτει ᾧ ἂν παρῇ;* — MEN. *εἰσὶ μὲν οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν, εἰσὶν δὲ καὶ οἱ γιγνώσκοντες ὅτι βλάπτει.* — *ΣΩ. ἦ καὶ δοκοῦσί σοι γιγνώσκειν τὰ κακὰ ὅτι κακά ἐστιν οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν;* — MEN. *οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τοῦτό γε.* — *ΣΩ. οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὗτοι μὲν οὐ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά, ἀλλὰ ἐκείνων ἃ ᾤοντο ἀγαθὰ εἶναι, ἔστιν δὲ ταῦτά γε κακά. ὥστε οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ καὶ οἰόμενοι ἀγαθὰ εἶναι δῆλον ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν. ἢ οὔ;* — MEN. *κινδυνεύουσιν οὗτοί γε.*
οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά BTWF Stobaeus : seclusit Cobet.

Socrates, figurae colorisque exemplis allatis, quid virtutis naturam intellegat esse, Menonem docet. Qui nova spe verae definitionis permotus appetere pulchra et consequi posse virtutem contendit esse. Sed iterum Socrates eum refellit, nam, definitione probata, constaturos esse, qui mala cuperent sibique contingere vellent. Quod fieri non posse patere. Qui mala sciant esse mala, numquam ea appetituros esse, qui appetant, non mala ea sed iudicare bona. In quo disputationis progressu verbis offendo *οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά*, quae parvo intervallo iterum leguntur. Quorum

priora Cobet his verbis seclusit (Coll. crit. p. 46/7): „Perspicuum est Platonem non bis sed semel posuisse verba *οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ*, quae quia priore loco et frigide abundant et oppositionem inter *τῶν κακῶν* et *ἀλλ' ἐκείνων* debilitant, una litura delenda sunt.“ Quam ratiocinationem angustius circumscribere et acrius acuere in animo est. Atque primum quidem singula distinguamus, ad quae in disputando progediuntur Socrates et Meno: suntne qui mala cupiant, quamquam mala esse non ignorent? Qui mala cupiunt, sibi propria fieri desiderant, sive prodesse opinantur, sive cognoverunt nocere. Qui mala prodesse censent, mala ut mala non iam cognovisse videntur. Re vera igitur illi non mala appetunt, sed ea quae eis visa sunt bona, quamvis sint mala. Ex quo iure concluditur, re vera illos appetere bona, cum mala ignorent itaque in bonis numerent. Hunc in modum Socrates ratiocinatur. Quid de priore *οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά?* Quibus in fine appositis, ratione ut videtur appositionis explicativae, nihil insit, poscimus, quod transeat vim eorum, ad quae referuntur *οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν*. Tamen aliud esse apparet, mala non novisse, aliud in bonis ea habere. Quorum alterum prius, prius non poscit alterum. Nam perspicuum est eos qui mala putant prodesse, malorum naturam nondum novisse, eos qui malorum naturam nesciunt, idcirco ea nondum utilia habere. Itaque quae antea accuratius significata sunt verbis *οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν*, posterioribus *οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ* magis in universum commemorari viderentur. Quod explicandi rationi non convenit. Quid si, ceteris servatis, articulum delemus? Participium articulo privatum argumentum indicat sententiae antecedentis *οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὗτοι μὲν οὐ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, ἀγνοοῦντες αὐτά?* i. e. nonne perspicuum est hos non mala petere, quoniam nesciant? Quae non nisi sequentibus neglectis tolerari possunt. Non enim ad contrarium boni malique pertinent, sed hoc constituunt, mala eos non petere qui nesciant. Quam viam ingressus Socrates pergere debebat: „Petuntne ea quae sibi prodesse putant? Suntne haec bona? Petuntne igitur bona?“ Quae ratio concludendi ab hoc loco aliena videtur esse. Utique igitur delendum est *οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά*. Cuius generis glossemata plurima in textum librorum Platonis invaserunt, velut Conv. 207 d 2/3 *τῇ γενέσει*, quod Vermehren, 209 c 5 *τῆς τῶν παίδων* quod seclusit Wilamowitz.

Haec praemittere placuit, quamquam delenda esse *οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά* etiam ea satis probant, quae sequuntur. Nam Socrates cum denique conclusionem facit, argumentis nititur *ἀγνοοῦντες αὐτὰ καὶ οἰόμενοι ἀγαθὰ εἶναι*, quae adeo necessariam partem conclusionis efficiunt, ut eis careri non possit: sequitur ex antea disputatis, ut nesciant mala et in bonis habeant qui ea appetant, unde ultima denique procedit conclusio, re vera non mala sed bona eos appetere perspicuum esse. Quibus consideratis hoc posteriore loco delendus videtur esse articulus *οἱ*, ut, quoniam novum argumentum in ultima conclusionis parte continetur verbis *ἀγνοοῦντες αὐτά*, priore evadat nondum ea dici potuisse.

Corruptela ibi facile oriri poterat, ubi, quae priore sententia prolata sunt, posteriore participiis cum articulo instructis iterari solent, velut *οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν* et paulo infra e 5 *οἱ τῶν κακῶν μὲν ἐπιθυμοῦντες*.

Textum igitur sic constituam: *οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὗτοι μὲν οὐ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν [οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ], ἀλλὰ ἐκείνων ἃ ᾤοντο ἀγαθὰ εἶνει, ἔστιν δὲ ταῦτά γε κακά: ὥστε [οἱ] ἀγνοοῦντες αὐτὰ καὶ οἰόμενοι ἀγαθὰ εἶναι δῆλον ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν.*

XV.

Legg. 751 b 5—c 2 *παντί που δῆλον το τοιοῦτον, ότι μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου, τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστῆσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις, οὐ μόνον οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων, οὐδ' ὅτι γέλως ἂν πάμπολυς συμβαίνοι, σχεδὸν δὲ βλάβαι καὶ λῶβαι πολὺ μέγισται ταῖς πόλεσι γίγνοιντ' ἂν ἐξ αὐτῶν.*

Badham *τῷ πάλιν αὖ παρεσκευασμένῳ κτέ.* Wilamowitz *παρεσκευασμένην ⟨παρασχεῖν, εἴ τις⟩ ἀρχάς.*

Atheniensis civitati docet bene administratae malis magistratibus constitutis magnam afferri calamitatem. Hoc loco ut de sententia constat, ita verba corrupta esse apparent. Nam protasis eorum, quae deinde leguntur *οὐ μόνον οὐδὲν πλεόντων — γίγνοιντ' ἂν ἐξ αὐτῶν*, in prioribus non bene distinguitur. Unde latere concludimus corruptelam in verbis *τοῦ πόλιν — νόμοις*.

Wilamowitz, qui de hoc loco egit in Hermae vol. 45 p. 399, et particulam utique inseri iubet hypotheticam v. s., et genetivum absolutum aut significare contendit „wenn es eine schwere Aufgabe der Gesetzgebung ist“ aut „wenn schon die Gesetzgebung ein schweres Werk ist“. Cum quo de particula condicionali consentio, de genetivi absoluti significatione ut de totius protasis conexu aliter iudico. Qui genetivus parenthetice positus argumentum mihi significare videtur: „da die Gesetzgebung ein schweres Werk ist.“ Quo eo perveni, quod verba *πόλιν εὖ παρεσκευασμένην* eius accusativi speciem ante oculos mihi posuerunt, quem saepius initio sententiae positum his legum libris inveni. Velut Legg. 862 a 2—b 1 *οὐ γάρ φημι ἔγωγε ὦ Κλεινία καὶ Μέγιλλε, εἴ τίς τινά τι πημαίνει μὴ βουλόμενος ἀλλ' ἄκων, ἀδικεῖν μέν, ἄκοντα μήν, καὶ ταύτῃ μὲν δὴ νομοθετήσω, τοῦτο ὡς ἀκούσιον ἀδίκημα νομοθετῶν, ἀλλ' οὐδὲ ἀδικίαν τὸ παράπαν θήσω τὴν τοιαύτην βλάβην. οὔτε ἂν μείζων οὔτε ἂν ἐλάττων τῷ γίγνηται· πολλάκις δὲ ὠφε*

λίαν οὐκ ὀρθὴν γενομένην, τὸν τῆς ὠφελίας αἴτιον ἀδικεῖν φήσομεν, ἐάν ἥ γ' ἐμὴ νικᾷ. Legg. 844 c 1—7 *ἐὰν δέ, ἐκ Διὸς ὕδατα γιγνόμενα, τὸν ἐπάνω γεωργοῦντα ἢ καὶ ὁμότοιχον οἰκοῦντα τῶν ὑποκάτω βλάπτῃ τις μὴ διδοὺς ἐκροήν, ἢ τοὐναντίον ὁ ἐπάνω μεθιεὶς εἰκῇ τὰ ῥεύματα βλάπτῃ τὸν κάτω, καὶ περὶ ταῦτα μὴ ἐθέλωσιν διὰ ταῦτα κοινωνεῖν ἀλλήλοις, ἐν ἄστει μὲν ἀστυνόμον, ἐν ἀγρῷ δὲ ἀγρονόμον ἐπάγων ὁ βουλόμενος ταξάσθω τί χρὴ ποιεῖν ἑκάτερον.* In his accusativis ita res se habet v. s. p. 13, ut, tamquam in tabula sint quae recedant, e quibus cetera emineant, eas animi condiciones significent, quae non primo loco positae sint, sed paulo remotum occupent. Ita civitate bene parata condiciones ponuntur, quibus, quantum magistratus non idonei noceant, cognoscatur. Qua ratiocinatione probata, articulum *τοῦ* delendum esse censemus, dittographia ultimae syllabae *ἔργου* ortum. Relinquitur ut de particula hypothetica pauca dicam. Quae prioribus litteris verbi *ἐπιστῆσαι* iteratis: *εἴ τις ἐπιστῆσαι* facile suppletur. Quo fit, ut ratione proleptica verba legantur *ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους.*

Scribam igitur: *παντί που δῆλον τὸ τοιοῦτον, ὅτι — μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου — [τοῦ] πόλιν εὖ παρεσκευασμένην, ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ⟨εἴ τις⟩ ἐπιστῆσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις, οὐ μόνον οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων, οὐδ' ὅτι γέλως ἂν πάμπολυς συμβαίνοι, σχεδὸν δὲ βλάβαι καὶ λῶβαι πολὺ μέγισται ταῖς πόλεσι γιγνοιντ' ἂν ἐξ αὐτῶν.*

XVI.

Res. publ. 538 a 9—c 3 *μαντεύομαι τοίνυν, εἶπον, μᾶλλον αὐτὸν τιμᾶν ἂν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους δοκοῦντας ἢ τοὺς κολακεύοντας, καὶ ἧττον μὲν ἂν περιιδεῖν ἐνδεεῖς τινος, ἧττον δὲ παράνομόν τι δρᾶσαι ἢ εἰπεῖν εἰς αὐτούς, ἧττον δὲ ἀπειθεῖν τὰ μεγάλα ἐκείνοις ἢ τοῖς κόλαξιν, ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ ἀληθὲς μὴ εἰδείη. εἰκός, ἔφη.*
αἰσθόμενον τοίνυν τὸ ὂν μαντεύομαι αὖ περὶ μὲν τούτους ἀνεῖναι ἂν τὸ τιμᾶν τε καὶ σπουδάζειν, περὶ δὲ τοὺς κόλακας ἐπιτεῖναι, καὶ πείθεσθαί τε αὐτοῖς διαφερόντως ἢ πρότερον καὶ ζῆν ἂν ἤδη κατ' ἐκείνους, συνόντα αὐτοῖς ἀπαρακαλύπτως, πατρὸς δὲ ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων, εἰ μὴ πάνυ εἴη φύσει ἐπιεικής, μέλειν τὸ μηδέν.
αἰσθόμενος AFD : *αἰσθόμενον* A².

Agitur de iuvene, qui filii loco educatus postea demum veros parentes non esse didicit, qui antea sibi consuluerint. Quem plurimi facere parentes, nihili assentiatores verisimile est, dum patrem esse et matrem illos confidit. Sed de suppositione certior factus et blanditiis magis aures praebebit et parentibus minores quam antea honores tribuet minusque frequentes. Hic nominativus *αἰσθόμενος* non habet quo referatur. Quem, cum leviter in accusativum mutare, altera etiam manu codicis A adscriptum, non dubitaverint Stallbaum, alii, Adam intellexit rationi contrarii quae hic spectatur, magis respondere quam accusativum, ut exprimatur. Qui nominativus, cum proleptice initio sententiae sit collocatus, participia nominativi in memoriam revocavit, quae eadem ratione proleptica in legum libris saepius inveniuntur. Velut Legg. 580 c 5 *ἐπελθὼν καὶ πείσας τὴν πόλιν, ἅπερ ἂν πείσῃ, ταῦτα αὐτῷ τέλεα γιγνέσθω.* Legg. 694 a 6—b 1 *ἐλευθερίας γὰρ ἄρχοντες μεταδιδόντες ἀρχομένοις καὶ ἐπὶ τὸ ἴσον ἄγοντες, μᾶλλον φίλοι τε ἦσαν στρατιῶται στρατηγοῖς καὶ προθύμους αὐτοὺς ἐν τοῖς κιν-

δύνοις παρείχοντο. Legg. 817 d 4—8 *νῦν οὖν ὦ παῖδες μαλακῶν Μουσῶν ἔκγονοι ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι πρῶτον τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδάς, ἂν μὲν τὰ αὐτά γε ἢ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνηται λεγόμενα, δώσομεν ὑμῖν χορόν, εἰ δὲ μὴ ὦ φίλοι, οὐκ ἄν ποτε δυναίμεθα.* Quibus cum nominativum initio positum postea aliquo modo sive nomine sive pronomine repeti intellegamus, quoniam animi etiam condicionibus hanc cogitationis iterationem respondere apparet, in Reipublicae loco eundem in modum ut repetatur nominativus poscimus. Imagine iuvenis verum experti ex animo orta, nulla etiam totius sententiae ratione habita, Socrates dicit: *αἰσθόμενος*. Deinde totius conexus conscius, prioribus neglectis, totam denuo proferat sententiam necesse est. Desideramus igitur *αὐτόν*. Quod facile inter *ἂν* et *τὸ* et additur et omissum explicatur. Itaque locum hunc in modum constituam: *αἰσθόμενος τοίνυν τὸ ὂν μαντεύομαι αὖ περὶ μὲν τούτους ἀνεῖναι ἂν ⟨αὐτὸν⟩ τὸ τιμᾶν τε καὶ σπουδάζειν, περὶ δὲ τοὺς κόλακας ἐπιτεῖναι.*

XVII.

Phaed. 110 a 1—7 *ἥδε μὲν γὰρ ἡ γῆ καὶ οἱ λίθοι καὶ ἅπας ὁ τόπος ὁ ἐνθάδε διεφθαρμένα ἐστὶν καὶ καταβεβρωμένα, ὥσπερ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ ὑπὸ τῆς ἅλμης, καὶ οὔτε φύεται ἄξιον λόγου οὐδὲν ἐν τῇ θαλάττῃ, οὔτε τέλειον ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδέν ἐστι, σήραγγες δὲ καὶ ἄμμος καὶ πηλὸς ἀμήχανος καὶ βόρβοροί εἰσιν, ὅπου ἂν καὶ ἡ γῆ ᾖ, καὶ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη κρίνεσθαι οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄξια. καὶ ἡ γῆ* BTW Eusebius : *καὶ* om. Stobaeus : *ἡ* om. recc.

Socrates terrae et maris profundi exemplo, quantopere differant terrestria a caelestibus, discipulis illustrat atque demonstrat. In mari profundo luto et sabulo omnia corrumpuntur, ut omnibus in partibus nihil nisi saxa cava, arenae, luti immensa copia inveniatur. In quibus non intelleguntur verba *ὅπου ἂν καὶ ἡ γῆ ᾖ*. Heindorf difficultatem hac ratione explicare studet: „ubicumque terram alluit obtegitque; nam in ipso mari, ubi terrae nihil, ne saxa quidem arenave aut coenum reperitur." Aliter intellegit Wyttenbach: „ubicumque in mari terra sit." Nam intelleguntur etiam partes quaedam esse maris terra prorsus carentes, mere aqueae, ubi nil quicquam *φύηται*, nil crescat." Denique Ast hunc in modum interpretatur: „ubicumque terra est", sive in ipso mari, sive prope littus. Ipsa enim haec aquae et terrae commixtio est limus et coenum." Stallbaum Wyttenbachii sententiam secutus articulum ante *γῆ* deleri iubet.

Hae sunt ratiocinationes virorum doctorum, quas omnes satis miras mihi videri confiteor. Quid quaeso ad sententiam refert, terram aut esse propinquam aut omnino non in mari exstare aut denique quibusdam partibus non subesse? Neque enim Platonem ab ea parte maris quae terram attingit, comparationem duxisse, neque vere in alto mari nihil crescere, nullam dicunt subesse terram. Asti vero sententia qui de aquae et terrae cogitat commixtione vix cuiquam in censum vocanda videbitur esse. Hoc unum fla-

gitari apparet, nullum quemcumque locum in mari relinqui, qui praeter lutum, arenam, coenum quicquam aut nasci aut crescere patiatur. Cui ratiocinationi primo quidem obtutu Asti coniectura satisfacere videtur, qui scripsit ὅπου ἂν καὶ γῆς ᾖ. Qua coniectura eorum statum quae in mari nascantur, ubicumque sint maria, eundem esse significatur. Sed vereor, ut Platonis sententiae respondeat. Qui non diversa maria comparatione spectat, sed diversos maris locos — hic mare in universum intellegitur — comprehendere studet. Quid ergo? Quomodo Platonem omnes maris partes verbis complecti exspectamus? Rationes dicendi, quibus indicare solet latius patere, quae dicit, et in universum intellegendum esse, duae prae ceteris notae sunt. Quarum altera duobus pronominibus coniunctis, velut ὅπῃ καὶ ὅπως, altera voce efficitur praeposita καὶ, velut τί καὶ φῄς; De utraque ratione hic potest cogitari. Priori responderet ὅπου ἂν καὶ ὅπῃ ἂν ᾖ, velut ipsius Phaedonis exstat 100 d 6 εἴτε ὅπῃ δὴ καὶ ὅπως προσγενομένη. Sed ut ὅπῃ et ὅπως sescenties inveniuntur coniuncta, ita de locorum pronominibus inter se copulatis — non tantum quantum rationem, locum sententia solet spectare — exemplum mihi praesto est nullum. Ceterum optime quadrant pronomina et sensui et litteris. Tamen alteram rationem ὅπου ἂν καὶ ᾖ intellegere malim, i. e. ubicumque in mari est, si quidem est. Qua primum dicitur unumquemque in universum maris locum spectari, deinde altera sententia, quae dubitatione movetur, num locus omnino existat in mari quo quicquam crescat dignum quod nominetur, paulatim animo subnata uno verbo καὶ in priorem irrumpit et dubitationem immiscet. Hoc καὶ accuratius explicavit Hermann ad Vigerum 834,320 et Maetzner ad Antiph. 3,34. Est idem quod legitur Conviv. 177 b 4 καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν, Legg. 818 d 3 πολλὴ καὶ μωρία τοῦ ἐπιχειρήματος, alia vide Kühner — Gerth 2,255.

καὶ non intellecto subiectum quispiam addere conatus supplevit ἡ γῆ. Legam igitur: καὶ οὔτε φύεται ἄξιον λόγου οὐδὲν ἐν τῇ θαλάττῃ οὔτε τέλειον ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδέν ἐστιν, σήραγγες δὲ καὶ ἄμμος καὶ πηλὸς ἀμήχανος καὶ βόρβοροί εἰσιν, ὅπου ἂν καὶ [ἡ γῆ] ᾖ, καὶ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη κρίνεσθαι οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄξια.

XVIII.

Legg. 797 a 7—c 6 φημὶ κατὰ πάσας πόλεις τὸ τῶν παιδιῶν γένος ἠγνοῆσθαι σύμπασιν ὅτι κυριώτατόν ἐστι περὶ θέσεως νόμων, ἢ μονίμους εἶναι τοὺς τεθέντας ἢ μή. ταχθὲν μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ μετασχὸν τοῦ τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς παίζειν τε καὶ εὐθυμεῖσθαι τοῖς αὐτοῖς παιγνίοις, ἐᾷ καὶ τὰ σπουδῇ κείμενα νόμιμα μένειν ἡσυχῇ, κινούμενα δὲ τὰ αὐτὰ καὶ καινοτομούμενα, μεταβολαῖς τε ἄλλαις ἀεὶ χρώμενα, καὶ μηδέποτε ταὐτὰ φίλα προσαγορευόντων τῶν νέων, μήτ' ἐν σχήμασιν τοῖς τῶν αὐτῶν σωμάτων μήτε ἐν τοῖς ἄλλοις σκεύεσιν ὁμολογουμένως αὐτοῖς ἀεὶ κεῖσθαι τό τ' εὔσχημον καὶ ἄσχημον, ἀλλὰ τόν τι νέον ἀεὶ καινοτομοῦντα καὶ εἰσφέροντα τῶν εἰωθότων ἕτερον κατά τε σχήματα καὶ χρώματα καὶ πάντα ὅσα τοιαῦτα, τοῦτον τιμᾶσθαι διαφερόντως, — τούτου πόλει λώβην οὐκ εἶναι μείζω φαῖμεν ἂν ὀρθότατα λέγοντες· λανθάνειν γὰρ τῶν νέων τὰ ἤθη μεθιστάντα καὶ ποιεῖν τὸ μὲν ἀρχαῖον παρ' αὐτοῖς ἄτιμον, τὸ δὲ νέον ἔντιμον.

Magnopere cavendum esse monet Atheniensis, ne iuvenes a solito genere ludorum discedant. Quo integro servato leges etiam de rebus seriis constitutas posse observari, mutato nihil iam stare in re publica docet.

Haereo in verbis κινούμενα δὲ τὰ αὐτά. Quae quomodo viri docti intellegerent, non mihi contigit, ut perspicerem. Neque enim quae eadem manent, possunt moveri, neque non de ludis ipsis agi apparet. Qui initio numero singulari i. e. ut genus in universum nominantur, deinde consuetudine Platonis quam saepius exposuimus, factum est, ut singula quae cum ludis cohaereant, tamquam oculis spectata, numero plurali significentur. Respondent igitur inter sese ταχθὲν μὲν γὰρ αὐτὸ et κινούμενα δὲ τὰ αὐτά, i. e. scribendum videtur non τὰ αὐτὰ sed κινούμενα δὲ αὐτά. Quod similiter legitur Tim. 19 b 8 οἷον εἴ τις ζῷα καλά που θεασάμενος, εἴτε ὑπὸ γραφῆς εἰργασμένα εἴτε καὶ ζῶντα ἀληθινῶς ἡσυχίαν δὲ

ἄγοντα, εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκοιτο θεάσασθαι κινούμενά τε αὐτὰ καί τι τῶν τοῖς σώμασιν δοκούντων προσήκειν κατὰ τὴν ἀγωνίαν ἀθλοῦντα.

Corruptela et levis ipsa per se videtur esse et numero mutato facile poterat oriri, si quis in eo haerebat.

De sententiae structura pauca addam. Accusativis absolutis *κινούμενα δὲ [τὰ] αὐτὰ καὶ καινοτομούμενα, μεταβολαῖς τε ἄλλαις ἀεὶ χρώμενα* genetivus adiungitur et ipse absolutus *καὶ μηδέποτε φίλα προσαγορευόντων τῶν νέων*, a quo, ratione ut ita dicam consecutiva, — ut iure contendit Ast — infinitivi pendent *κεῖσθαι* et *τιμᾶσθαι*. Denique per epanalepsin repetuntur qui proleptice praemissi sunt accusativus et genetivus absolutus.

Scribam igitur: *ταχθὲν μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ μετασχὸν τοῦ τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς παίζειν τε καὶ εὐθυμεῖσθαι τοῖς αὐτοῖς παιγνίοις, ἐᾷ καὶ τὰ σπουδῇ κείμενα νόμιμα μένειν ἡσυχῇ, κινούμενα δὲ [τὰ] αὐτὰ καὶ καινοτούμενα κτέ.*

XIX.

Cratyl. 425 a 6—c 7 ΣΩ. *ἡμᾶς δὲ δεῖ, εἴπερ τεχνικῶς ἐπιστησόμεθα σκοπεῖσθαι αὐτὰ πάντα, οὕτω διελομένους, εἴτε κατὰ τρόπον τά τε πρῶτα ὀνόματα κεῖται καὶ τὰ ὕστερα εἴτε μή, οὕτω θεᾶσθαι· ἄλλως δὲ συνείρειν μὴ φαῦλον ᾖ καὶ οὐ καθ᾽ ὁδὸν ὦ φίλε Ἑρμόγενες.*
ΕΡΜ. *ἴσως νὴ Δί᾽ ὦ Σώκρατες.*
ΣΩ. *τί οὖν; σὺ πιστεύεις σαυτῷ οἷός τ᾽ ἂν εἶναι ταῦτα οὕτω διελέσθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὔ.*
ΕΡΜ. *πολλοῦ ἄρα δέω ἔγωγε.*
ΣΩ. *ἐάσομεν οὖν, ἢ βούλει οὕτως ὅπως ἂν δυνώμεθα, καὶ ἂν σμικρόν τι αὐτῶν οἷοί τ᾽ ὦμεν κατιδεῖν, ἐπιχειρῶμεν, προειπόντες, ὥσπερ ὀλίγον πρότερον τοῖς θεοῖς, ὅτι οὐδὲν εἰδότες τῆς ἀληθείας τὰ τῶν ὀνθρώπων δόγματα περὶ αὐτῶν εἰκάζομεν· οὕτω δὲ καὶ νῦν αὖ εἰπόντες ἡμῖν αὐτοῖς ἴωμεν, ὅτι εἰ μέν τι χρηστὸν ἔδει αὐτὰ διελέσθαι εἴτε ἄλλον ὁντινοῦν εἴτε ἡμᾶς, οὕτως ἔδει αὐτὰ διαιρεῖσθαι, ἀῦν δὲ τὸ λεγόμενον κατὰ δύναμιν δεήσει ἡμᾶς περὶ αὐτῶν πραγματεύεσθαι; δοκεῖ ταῦτα, ἢ πῶς λέγεις;*

εἰ μέν τι χρηστὸν ἔδει BT : *εἰ μέντοι ᾗ χρῇ ἔδει* Heindorf : *εἰ μὲν ὅτι ἄριστα ἔδει* Buttmann : *εἰ μέν τι χρῆν ⟨ἔδει⟩* Ast : *εἰ μὲν ὡς ἄριστον ἔδει* Stallbaum.

Socrates quaestionem de litterarum et verborum vi ac ratione, si fieri possit, arte et accurate esse faciendam monet, si minus, ne indigna prodant, timendum esse. Qui ut antea de deorum iudiciis ab hominibus latis in paucis quae cognoscere poterant, acquiescebant, ita de litteris etiam et verbis, quatenus vires ferunt, quaerere satis habent.

In his nonnullae difficultates videntur inesse. Atque primum quidem mirum in modum c 3 *ἡμῖν* ante *αὐτοῖς* Burnet iussit secludi, tamquam non sibi ipsis sed dis parva rerum conamina esse confiterentur, quas accuratius explorare hominibus esset negatum. Tamen re vera se ipsi his verbis optimae mentis conscientia stu-

dent consolari, ut laeti et expediti difficilem quaestionem ineant et gravem. Itaque respondent inter sese *θεοῖς* et *ἡμῖν αὐτοῖς*. Heusdi deinde coniecturam qui scripsit *ἴδωμεν* pro *ἴωμεν* iam Heindorf refellit. In eis autem, quae sequuntur, neque ea quae tradita sunt tolerantur, neque satisfaciunt medelae quas viri docti excogitaverunt. Quarum et Heindorfi *ᾖ χρῇ* et *ὅτι ἄριστα* Buttmanni ut in universum faciunt ad sensum, ita mirum in modum minus accuratam eius patiuntur fieri explicationem, quod antea clare et distincte dicitur verbis *εἴπερ τεχνικῶς ἐπιστησόμεθα σκοπεῖσθαι αὐτὰ πάντα*. Quod si eundem in modum accurate nominantur quae eius loci quem agimus alteram partem efficiunt, verbis *κατὰ δύναμιν*, prior etiam exspectamus, ut proprio verbo signetur *τεχνικῶς*. Traditur autem *ὅτι εἰ μέν τι χρηστὸν ἔδει*. Quod neque ipsum potest tolerari, cum *χρηστὸν* virtutem significet, quae usu evadit et probatur, neque sensui satisfacit quod levi mutatione efficitur, *χρῆν*, cum non officii rationem sed exspectemus condicionem, utrum fieri possit an non, ut litterae bene distinguantur. Sic antea legimus *τί οὖν; σὺ πιστεύεις σαυτῷ οἷός τ'ἂν εἶναι ταῦτα οὕτω διελέσθαι;* Quibus perspectis, inesse verbis corruptis et artis distinguendae flagitamus rationem et facultatis huius rationis exercendae notionem. Legere igitur proponam *εἰ μὲν τεχνικῶς ἦν*.

εἶναι notione *ἐξεῖναι* ut in aliis locis Platonicis usitatum est, velut Conviv. 178 d 3 *οὐ γὰρ ἔστιν ἄνευ τούτων οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι*, v. Ast, Lex. Plat. s. v., ita paulo post in hoc dialogo legitur 429 c 7 *πότερον οὐδὲ ψεύδεται ὅταν τις φῇ Ἑρμογένη αὐτὸν εἶναι; μὴ γὰρ οὐδὲ τοῦτο αὖ ᾖ, τὸ τοῦτον φάναι Ἑρμογένη εἶναι, εἰ μὴ ἔστιν;*

Denique quod ad corruptelam attinet, neque non levem esse mutationem litterarum, neque quisquam concedere dubitabit *ἔδει* ex sequentibus non facile irrepere potuisse.

Scribam igitur: *οὕτω δὲ καὶ νῦν αὖ εἰπόντες ἡμῖν αὐτοῖς ἴωμεν, ὅτι εἰ μὲν τεχνικῶς ἦν αὐτὰ διελέσθαι εἴτε ἄλλον ὁντινοῦν εἴτε ἡμᾶς, οὕτως ἔδει αὐτὰ διαιρεῖσθαι, νῦν δὲ τὸ λεγόμενον κατὰ δύναμιν δεήσει ἡμᾶς περὶ αὐτῶν πραγματεύεσθαι;*

XX.

Men. 84 a 3—c 2 ΣΩ. *ἐννοεῖς αὖ ω Μένων, οὗ ἐστιν ἤδη βαδίζων ὅδε τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι; ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ᾔδει μὲν οὔ, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ὀκτώποδος χωρίου γραμμή, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πω οἶδεν, ἀλλ'οὖν ᾤετό γ'αὐτὴν τότε εἰδέναι, καὶ θαρραλέως ἀπεκρίνετο ὡς εἰδώς, καὶ οὐχ ἡγεῖτο ἀπορεῖν· νῦν δὲ ἡγεῖται ἀπορεῖν ἤδη, καὶ ὥσπερ οὐκ οἶδεν, οὐδ'οἴεται εἰδέναι.*

MEN. *ἀληθῆ λέγεις.*

ΣΩ. *οὐκοῦν νῦν βέλτιον ἔχει περὶ τὸ πρᾶγμα ὃ οὐκ ᾔδει;*

MEN. *καὶ τοῦτό μοι δοκεῖ.*

ΣΩ. *ἀπορεῖν οὖν αὐτὸν ποιήσαντες καὶ ναρκᾶν ὥσπερ ἡ νάρκη, μῶν τι ἐβλάψαμεν;*

MEN. *οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.*

ΣΩ. *προὔργου γοῦν τι πεποιήκαμεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τὸ ἐξευρεῖν ὅπῃ ἔχει· νῦν μὲν γαρ καὶ ζητήσειεν ἂν ἡδέως οὐκ εἰδώς, τότε δὲ ῥᾳδίως ἂν καὶ πρὸς πολλοὺς καὶ πολλάκις ᾤετ'ἂν εὖ λέγειν περὶ τοῦ διπλασίου χωρίου, ὡς δεῖ διπλασίαν τὴν γραμμὴν ἔχειν μήκει.*

ἡδέως BTW f : *ἤδη* F.

Socrates docere nihil aliud esse nisi in memoriam discipulorum revocare, quae iam antea ibi latuerint, exemplo servi cuiusdam Menoni demonstrat. Quem interrogando linearum trianguli docet rationes. Socrates paulo consistit, ut et Meno intellegat, quam vera sit reminiscendi doctrina, et ipse cognoscat, quid disputando effecerit. Servum igitur non iam ut antea se scire opinari quae nesciat, sed se ea nescire non ignorare magnopere gaudet. Quo perspecto sententiae intellegimus minime respondere verba *οὐκ εἰδώς*. Nam servum nescientem esse ut antea etiam constabat, ita antea nondum intellexerat ipse. Legamus igitur necesse est non *οὐκ εἰδὼς* sed *ὡς οὐκ εἰδώς*, ut et antea exstat a 7 *καὶ θαρραλέως ἀπεκρίνετο ὡς εἰδὼς* et postea legitur 98 b 1 *καὶ μὴν καὶ ἐγὼ ὡς οὐκ εἰδὼς λέγω, ἀλλὰ εἰκάζων.*

Accedit aliud. Quid enim *ἡδέως?* Nonne satis supervacaneum, ne dicam mirum, „suaviter“ vel „libenter“ audimus servum et invenire studere et discere, quae iam nescire sibi conscius sit? Neque non ubi Socrates progressum disputationis respicit, respiciendi notione hunc exspectamus signari, velut antea fit a 3 *ἐννοεῖς αὖ ὦ Μένων, οὗ ἐστιν ἤδη βαδίζων ὅδε τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι;* b 1 *νῦν δὲ ἡγεῖται ἀπορεῖν ἤδη.* Desideramus igitur vocem *ἤδη*, quam unus servavit cod. F. ut legere non dubitemus: *νῦν μὲν γὰρ καὶ ζητήσειεν ἂν ἤδη ὡς οὐκ εἰδώς, τότε δὲ ῥᾳδίως ἂν καὶ πρὸς πολλοὺς καὶ πολλάκις ᾤετ' ἂν εὖ λέγειν περὶ τοῦ διπλασίου χωρίου ὡς δεῖ διπλασίαν τὴν γραμμὴν ἔχειν μήκει.*

Corruptelam levissimam patet esse et propter participia, quae varium in modum hoc loco et cum *ὡς* et sine *ὡς* inveniuntur, et propter consuetam rationem dicendi qua his sententiis adiungi solet *ἡδέως*.

INDEX LOCORUM QUI EXPLICANTUR

VITA

Ego, Ludovica Reinhard, nata sum Idibus Augustis anni 1880, Barmensis, parentibus optimis, patre Gustavo Adolpho, matre Carolina e gente Graas, quae praematura morte mihi abrepta est. Fidei addicta sum evangelicae reformatae. Ludum filiarum urbis Elberfeldiae ab anno 1886 usque ad annum 1895 frequentavi. Postea annis 1898/99 instituti quod vocatur „Höhere Lehrerinnen-Bildungsanstalt" ad examen usque disciplinas absolvi. Autumno anni 1908 privatis curis instructa Düsseldorfii testimonium maturitatis adepta sum. Primum Friburgiae per tria semestria, deinde Kiliis per unum morata autumno anni 1910 Berolinam me contuli.

Docuerunt me viri docti Aly, Fabricius, Hense, Himstedt, Holtzmann, Reckendorf, Rickert, Bernh. Schmidt, Ed. Schwartz, Thiersch, Thurneysen Friburgenses; Bickel, Jakoby, Sauer Kilienses; Hermannus Diels, Erdmann, Hirschfeld, Lehmann-Haupt, Loeschcke†, Lüders, Meister, Rich. M. Meyer†, Eduardus Norden, Riehl, Erich Schmidt†, Guilelmus Schulze, Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff Berolinenses.

Proseminarii philologici Friburgensis per duo semestria, Kiliensis per unum, Berolinensis superioris quod dicitur per duo, seminarii regii per quattuor fui sodalis. Praeterea ad exercitationes philosophicas Erdmann, ad archaeologicas Loeschcke, Sauer, Thiersch, ad historicas Hirschfeld, Lehmann-Haupt aditum mihi concesserunt.

Quibus omnibus gratias ago sinceras, imprimis vero Aly, Thierschio Friburgensibus, Berolinensibus Dielesio, Erdmanno, Loeschckio, Nordeno. Wilamowitz ante omnes mihi fuit et erit magister optimus et carissimus, cui gratiam me habere laetor, referam vero votum est: totam me eius esse gaudeo.

Examen rigorosum habitum est a. d. VI. Kal. Aug. a. MCMXVI.
